Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-796021-p0001-8

Liber

SCHOLAE WERNI-
GERODANAE.

1284

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-796021-p0002-3

Continentur hoc veſtitu:

1. Fabulæ Aeſopicæ.
2. Martini Hainecii, Fructus Terentiani.
3. Dionyſii Catonis Diſticha, etc.
4. Joh. Ludov. Vivis Introductio ad veram ſapientiam.
5. M. Joachimi Zehneri Sententiæ inſigniores.

---

Hunc librum in memoriam ſui abiturus ad Academiam Hallenſem reliquit optimæ indolis et ſpei juvenis

Erasmus Andreas Buchland, Clausthaliâ-Cheruſcus,

Rectore

M. Henrico Severino ~~Dollino~~, Wernig.

Anno 1699. menſe Aprili.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-796021-p0004-5

# Martini Haineccii
# FRVCTVS TERENTIANI,

*Hoc eſt, Sententiæ Ethicæ, Politicæ, Oeconomicæ, Phyſicæ quoq; & Hiſtoricæ,*

Cum Adagiis & Proverbiis Comicis,

E

*Toto corpore ſuperſtitum ſex Comœdiarum P. Terentij Afri.*

In gratiam ſtudioſæ juventutis teneræ fide & cura ſedula collectæ.



1 6 2 5.

LIPSIÆ,

Sumptibus Hered. Henningi Groſsij Jun.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-796021-p0005-0

NOBILITATE GENERIS; ET ERUDITIONIS, Virtutis, Pietatis, Auctoritatis eminentiâ Magnifico & Splendidiſs. Viro, JONÆ à QUINGENBERG; in Illuſtriſs. Principis ac Ducis Sax. Elect. aulâ inclutâ Dreſdæ, conſilii moderandarum rerum Eccleſiaſticarum ſummo loco præfecto: Domino atq; patrono ſummè venerando, S.

*TErentij Comœdias in ſcholis diſcentium latinam linguam & ingenuarum optimarumq; artium diſciplinas, explicari, vetus eſt & pervagatum. Rectène & cum fruge multâ proficientium, cogitatum fortaſſe à non multis, neglectum à pluribus, diſputatum verò ab optimè ſentientibus: Ab intelli-*

gentibus autem præcipuè, & pu-
erilium commodorum ſatagen-
tibus aliquot magiſtris primori-
bus, dijudicatum eſt paßim &
prudenter: ut, quò minùs perpe-
ram, minusq́; temerè & infru-
ctuosè ſine & ætatis tenerioris,
præcioſißimiq́; temporis jactu-
râ, & plurimorum bonæ indolis
detrimento, agatur & fiat: quo
fine & fructu, quâ formâ &
modo, quâ maturitate ingenio-
rum, quibus etiam explicatori-
bus, ea pars ingenuorum ſtudio-
rum, ac honeſtiorum exercitio-
rum, ſemper in precio habita,
comicorum proponenda ſit ritè;
conſtaret. Nam in iis, quo
ſit

*ſit vulgò peccatum modo: teſtimoniis & authoritate ſummorum virorum oſtendimus, quorum & Elogia & Judicia de Terentij dictione, & hujus docendi pueros ratione; in recenſione noſtrâ Comœdiarun Terentianarum, tanquam in conſeſſu quodam ſenatus aut curiæ literariæ ſententiis rogatis, indicavimus, ubi ſi nec iis omnibus fortaßis, qui vel obſcœnitates ê Comœdiâ, imò ex ipſâ vitâ humanâ, & vel ex animis hominum, oculisq; & voculis expurgatas; vel omnem Comœdiam è puerorum ſcholis exterminatam volunt; ſatisfecimus: eos*

*tum ad ſapientiſsimi Plutarchi libellum: πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν: tum ad ſanctiſsimi Baſilij Magni ὁμιλίαν, πρὸς τοὺς νέους, ὅπως ἂν ἐξ ἑλληνικῶν ὠφελοῖντο λόγων: tum verò ad aliorum, & quidem beatiſsimi Auguſtini volumina, quæ de Doctrinâ Chriſtianâ conſcripſit, remittimus. Interim ſi qui ſunt, qui à doctiſsimi judicio Sturmij nō abhorrent, ut exercendas potiùs ſcenicâ actione Comœdias, ad familiarem uſum latini ſermonis comparandum; quàm ſcolaſticâ & puerili enarratione conterendas, putant: his, niſi me animus fallit, hæc ratio a-*

*liena*

liena à fruge diſcentium, præſertim in tyrocinio, non videbitur: quâ è toto corpore Comico, quaſi Medulla quædam τῶν γνωμολογίων, relictis præteritisq;, quantum poteſt, ſive nævis, ſive lue obſcœnitatum, & turpitudinis τῶν αἰσχρολογίων, ἢ καὶ αἰσχροθεαμάτων, expreſſa & decerpta videatur. Hujus quidem rei aliquis dudum, unà cum Ciceronis ſententiis editum breve ſaltem ſpecimen in lucem dedit. At nos è toto, ut dicebam modò, corpore medullam omnem Sententiarum, quæ vel τῶν γνωμῶν ſunt, vel τῶν νοημάτων ἠδὲ καὶ τῶν ἐπιφωνημάτων:

cùm τῶν ϑέσιν omnis ὑπόθεσις neceſſariò referatur; & id quodlibet ſpeciali facto, perinde ut factum ſpeciale, jure communi ac generali, illuſtretur atq; demonſtretur; detraximus. Itaq; ergò remiſſa ad ſcenam actione eorũ, penes quos mores, ut Fabius loquitur, in tuto ſunt; & doctrina nimirum & explicatio exercitatioq; proprietatis ac elegantiæ latini ſermonis, verborumq; & phraſium in his ἐκλογαῖς, una cum ſententiis inſignibus, moralibusq; præceptis, atq; Elogiis virtutum ac vitiorum, faciendorumq; ac fugiendorum: ſic ſuis claſsibus digeſta, evidentiùs

*ante oculos propoſita diſcentibus apparebunt: facilius etiam credo, apprehendentur, & animis tenaciùs inhærebunt, atq; ad uſurpandum felicius, in cotidianâ ſcriptione aut locutione occurrent. Neq; enim hinc abfutura ſunt, quæ & puritati linguæ, & nitori eloquentiæ, & antiquitati morum atq; coſuetudinum cognoſcendæ; ſecundum præclaras officiorum domeſticorum, civilium, moralium, ſententias, inſervire ac prodeſſe queant. Quando verò, ut dixi, neque hîc præternavigari omnes omninò & declinari ſcopuli fortaßis Sirenum po-*

*tuerunt: cùm primævam deploramus illam nobiſcum cladem, de quâ iſtud alibi cecinimus:*

Utinam ne in nemore Edeno obſcœnitatibus
Infectum ab imo humanum cecidiſſet genus:

*tum hoc adoleſcentulis ac pueris inſtillamus:*

Sincerũ eſt niſi vas, quodcunq; infundis, aceſcit.

*Hæc de conſilio & labore atq; operâ ſtudioq́; & utilitate fructuquè communi, collectionis hujus Medullæ Terentianæ, ex optimo & diſcentibus cupientiſſimo animo profectæ, præmonere ſtudioſè voluimus. Sub tuo vero, vir nobiliſſime, tum generis antiquitate, tum eruditionis, pietatis, virtutis, authoritatis*

*eminentiâ, ſplendidiſsime, nobili & magnifico patrocinio,* JONA à QUINGENBERG, *& rectè & jure me hanc lucubratiunculam dare in publicum judicavi ſcholaſticam: quòd à tuæ Nobil. ſplendore lucem obſcuritas; ab eminentiæ ſublimitate exiſtimationem humilitas: ab amoris atq; ſtudij in hoc genus literarum tui favore gratiam vilitas; ab officij deniq; amplitudine; quâ in Illuſtriſsimâ Saxoniæ Septemviri Ducis ac Principis & Domini noſtri Clementiſsimi aulâ, præfectus ſummo loco moderandis rebus Eccleſiaſticis & ſcholaſticis, piè perfun-*

*perfungeris; authoritatem tenuitas captare ſibi & percipere maximè, atq; ad ſcholarum moderatores transmittere poſſe ritè videatur. Hæc igitur quò ad me, & ad hanc meam, ut levidenſem, ſic literis commodam ac utilem opellam, tuâ pace bonâ, tuâq; voluntate propenſiſſimâ devenire & transmitti facilè patiaris: quâ poſſum & quâ debeo, animi ſubmiſſi obſervantiâ, etiam atq; etiam rogo atq; oro. Vale.*

Nobiliſs. ſplend. &
Eminentiæ T.
*Obſervantiß.*

Martinus Hayneccius.

## Conſilium Medullæ.

### *Ex Fine morali Comœdiarum:*

## AD CANDIDOS ET PIOS LECTORES.

COmœdia Ciceroni, apud Donatum, eſt Imitatio vitæ; Speculum conſuetudinis; Imago veritatis.

Cicero pro Roſcio Amerino: Hæc conficta arbitror à Poëtis eſſe, ut effictos noſtros mores in alienis perſonis, expreſſamque imaginem noſtram vitæ cotidianæ videremus. Philippus Præfat. in Andr. Convenit inter omnes, authores Comœdiarum voluiſſe & communium morum & caſuum exempla proponere. Quibus velut admoniti, prudentiùs judicemus de rebus humanis.

Ad uſum ſententiarum Comicarum pertinent & ἀπεκδοχαί, de quibus Fabius Quintil. lib. 1. cap. 13. Præcipuè quidem apud Ciceronem; frequenter tamen apud Aſinium etiam & cæteros, qui ſunt proximi, vidimus Ennij, Attij, Pacuvij, Lucilij, Terentij, Cæcilij, & aliorum inſeri verſus,

ſummâ

ſummâ non eruditionis modò gratiâ, ſed etiam jucunditatis. Nazianzenus in funere Baſilij: Et ad pietatis cultum adjuti ſumus à Philoſophiâ: ut qui ex deteriore præſtantius cognovimus: & illius imbecillitatem, doctrinæ noſtræ fideiq; robur eſſe duximus. Quamobrem non ob id
„ contemnenda eſt eruditio, quòd quibus-
„ dam ſic videtur. Sed inſulſi & præpoſteri
„ habendi ſunt, qui id putant. Qui ſui ſimi-
„ les malunt eſſe omnes, ut eorum ignoran-
„ tia, communis ignorantiæ tenebris invo-
„ luta deliteſcat. Auguſtinus lib. 7. confeſſ.
„ 20. & 21. & lib. 2. doctr. Chriſt. cap. 18. 39.
„ 40. 42. Baſilius de leg. græc. Philoſ. Damaſcenus lib. 4. Orthod. fid. 18. Si quid etiam ab ijs, qui foris ſunt, utiliter decerpere queamus, non eſt aſpernandum. Fiamus probati trapezitæ, legitimum & genuinum ac purum aurum colligentes, adulterinum reprobantes. Captemus opt. ſermones. Deos autem ridiculos & fabellas ad canes projiciamus. Plurimum enim ex ipſis, contra ipſos, robur comparare queamus: Hæc Damaſcenus. Quibus commentarius addit ibidem: Moyſes ab Ægyptiis commodavit vaſa argentea & aurea; ſuoq; uſui accommodavit, jubente Domino: Ita à ſecularis literaturæ hominibus benè dicta, tanquam ab injuſtis Poſ-

ſeſſoribus, accipere, Fideiq; pietati accommodare debemus. Et Deut. 21. Domini voce Præceptum eſt, Mulieris captivæ radendum caput, ſupercilia, omnes pilos: & ſic demum ducendam uxorem. Haud aliter ab hominibus ſeculi veritas adſumatur. Reſecanda ſunt ſuperflua omnia, & à fidei noſtræ ſinceritate aliena, &c. Quemadmodum fuſius oſtendit Hieronymus, epiſt. ad mag. urbis Romæ orat. reddens cauſſam, cur in ſuis operibus ſecularium interdum ponat exempla: comprobans ibidem, quòd & D. Paulus ſuis ſcriptis, eorum qui foris ſunt, teſtimonia inſeruerit. Verùm hac in re dijudicare Apum more, & ſecernere, ſuavis & tetri odoris quæ ſunt, debemus. Deos gentilium & fabulas, de iis confictas, nunquam debemus ſacris ſermonibus inſerere, ne profana ſacris miſceamus. Sunt enim illa Poëtarum commenta, in dæmoniorum præconium decantata. Quin imò debemus
" illa fictitia deliramenta, tanquam ſpicula,
" in ſuos retorquere authores: & ex illis ar-
" gumenta ſumere falſitatis & veſaniæ ſua-
" rum ſuperſtitionum, unde refutentur i-
" pſorum mendacia. Validis procul dubio
" nititur privilegiis, qui cauſſam ſuam de
" Adverſarii aſſerit argumentis. Specioſa
" enim victoria eſt, inquit Hieronymus, con-

trari-

„ trariam partem in chartulis ſuis, veluti
„ propriis laqueis irretire, & teſtimoniorum
„ ſuorum vocibus confutare, æmulumque
„ ſuis telis evincere. Ex propriis autem
„ gentilium dictis, quæ de ſuis diis canant,
„ maximi roboris ſumitur argumen-
„ tum contra ipſos, ad improban-
dam eorum vanita-
tem, &c.

POE-

# POETICA:

## Poëtarum finis honeſtus; Non avaritia; Non Maledicentia; ſed publicum Commodum.

POëta cùm primùm animum ad ſcribendum appulit;
Id ſibi negocij credidit ſolum dari;
Populo ut placerent, quas feciſſet fabulas.
And. Prologo.

Si quisq; eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis,
a Quàm b plurimis; & minimè multos lædere:
In his Poëta hic nomen profitetur ſuum. Eun. Prol.

Si nunquam avarè precium ſtatui arti meæ:
Et eum eſſe quæſtum in animum induxi maximum,
Quàm maximè ſervire veſtris commodis:
Exemplum ſtatuite in me, ut adoleſcentuli
Vobis placere ſtudeant potiùs, quā ſibi. Heaut. Prol.

Facite, ſpectatores, æquanimitas (veſtra)
Poëtæ ad ſcribendū augeat induſtriam. Adel. Prol.

Sinite, exorator ſim: eodem ut jubenti ſenem
Liceat, quo jure ſum uſus adoleſcentior,
Novas qui exactas feci ut inveteraſcerent:
Ne cum Poëta ſcriptura evaneſceret. Hecyra Prol.

Quia ſciebam, dubiam eſſe fortunam ſcenicam;
Spe incertâ, certum mihi laborem ſuſtuli. Hec. Prol.

Perfeci, ut ſpectarentur novæ. Ubi ſunt cognitæ,

a Græciſmus.
b πλεῖστοι, vulgus hominum, Herr Omnes.
Vielen Leuten dienen / iſt die beſte Narung.

Honos alit artes, Cic. 1. Tuſc. Excitat auditor ſtudium, Ovid.

*Placidæ ſunt. Ita Poëtam reſtitui in locum,*
*Propè jam remotum, injuriâ adverſariûm,*
*Ab ſtudio, atq; ab labore, atq; ab arte muſica.*
*Quòd ſi ſcripturam ſprevißem in præſentia;*
*Et in deterrendo voluißem operam ſumere;*
*Ut in ocio eſſet potiùs, quàm in negocio:*
*Deterruißem facilè, ne alias ſcriberet.* Hec. Prol.
*Vobis, (ſpectatores) detur poteſtas condecorandi*
*Ludos ſcenicos.*
*Nolite ſinere, per vos artem muſicam*
*Recidere ad paucos: facite, ut veſtra authoritas*
*Meæ authoritati fautrix adjutrixq; ſiet;*
*Si nunquam avarè ſtatui precium arti meæ:*
*Et eum eſſe quæſtum in animum induxi maximum,*
*Quàm maximè ſervire veſtris commodis.* Hec. Prol.
*In medio omnibus palma eſt poſita,*
*Qui artem tractant muſicam.* Phor. Prologo.

Vide infrà: Sapientiæ perſuaſio.

MOMI, Zoili, Scioli, Sycophantæ, Obtrectatores, Calumniatores, Conviciatores.

a Archaiſmus: pro operâ.

*In Prologis ſcribundis [a] operam abutitur Terentius,*
*Non qui argumentum narret; ſed qui malevoli*
*Veteris Poëtæ maledictis reſpondeat.* And. Prol.
*Iſti vituperant factum: atq; in eo diſputant,*
*Contaminari non decere fabulas.*
,, *Faciuntne, intelligendo ut nihil intelligant.*
Sie beſchmeiſſen ſich in der Klugheit. And. (Prol.
*Quod rumores diſtulerunt malevoli:*

Mul-

*Multas contaminaſſe græcas, dum facit*
*Paucas latinas: eſſe id factum, hic non negat.*
*Neq; ſe id pigere, & deinde facturum autumat.*
*Tum quod malevolus vetus Poëta dictitet:*
*Repentè ad ſtudium hunc ſe applicaſſe muſicum,*
*Amicûm ingenio fretum, haud naturâ ſuâ:*
*Arbitrium veſtrum, veſtra exiſtimatio*
*Valebit: quamobrem omnes vos oratos volo:*
*Ne plus iniquûm poſſit, quàm æquûm oratio.* He- (aut. Pr.
*Poſtquam Poëta ſenſit ſcripturam ſuam*
*Ab iniquis obſervari, & adverſarios*
*Rapere in deteriorem partem, quam acturi ſumus:*
*Indicio de ſe ipſe erit: vos eritis judices,* Das Werck lobet den Meiſter.
*Laudin' an vitio duci factum oporteat.* Adel. Prol.
*Poſtquam Poëta vetus Poetam non poteſt*
*Retrahere ab ſtudio, & transdere hominem in o-* (cium:
*Maledictis deterrere, ne ſcribat, parat.*
*Qui ita dictitat: quas antehac fecit fabulas,*
*Tenui eſſe oratione, & ſcripturâ levi.*
*Et: Vetus ſi Poëta non laceſſiſſet prior:*
*Nullum invenire Prologum potuiſſet novus:*
*Quem diceret, niſi haberet, cui malediceret?*
*Is ſibi reſponſum hoc habeat: in medio omnibus*
*Palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam.*
*Phor. Prologo.*

Calumnia, Convicium, Contumelia, Crimen, Maledicentia, Maledictum, Obtrectatio; Refutanda.

Quieſcant porrò, moneo; &
Deſinant maledicere; malefacta ne noſcant ſua.
And. Prol.
Rem potiùs ipſam dic; ac mitte malè loqui.
S. Quaſi quicquam in hunc jam gravius dici poſſiet.
And. 5. 4.
Si mihi pergit, quæ volt, dicere: ea quæ non volt, audiet. And. 5.4.
Si quis eſt, qui dictum in ſe inclementius
Exiſtimet eſſe; ſic exiſtimet, ſciat;
Reſponſum, non dictum eſſe: quia læſit prius Eun. Prolog.
Quod illi maledictum vehemens exiſtimet;
Eam laudem hic ducit maxumam: cùm illis placet;
Qui vobis univerſis & populo placent. Adel. Prol.
Non ſinam, ut qui nobis, mater, maledictum velit;
Meâ pertinaciâ dicat eſſe factum, haud tuâ modeſtiâ.
Hec' 4. 2.
Quem diceret, niſi haberet, cui malediceret? Phor. Prolog.
Benedictis ſi certâſſet, audiſſet benè,
Quod ab ipſo allatum eſt, ſibi id relatum putet.
Phor. Prologo.
Wie man in Wald ſchreyet / ſo ſchallt es wieder heraus.
Wer Schellen außwirfft / der mus Eicheln oder Roth wieder einnehmen. (2.3.
Pergin' hero abſenti malè loqui, impuriſſime? Pl.
Impurus eſt, qui abſenti hero malè loquitur.
Ein Vnflat ſchilt frome Leut in Rücken.
Abſen-

*Abſenti tibi, te indignas, ſeq́; dignas contumelias*
*Nunquam ceſſavit dicere hodie. Phor. 2.3.*

Der Gukuck rufft ſeinen Namen aus.

IMITATIO Poëtica & Comica.

*Quæ convenêre in Andriam. ex Perinthia*
*Fatetur tranſtuliſſe; atq; uſum pro ſuis.*
*Id iſti vituperant factum: atq; in eo diſputant:*
*Contaminari non decere fabulas.*
*Qui cùm hunc accuſant, Nævium, Plautum, Ennium*
*Accuſant: quos hic noſter authores habet.*
*Quorum æmulari exoptat negligentiam*
*Potiùs; quàm iſtorum obſcuram diligentiam. And. Prolog.*
*Qui benè vertendo*, (fabulas) *& eas deſcribendo malè,*
*Ex Græcis bonis, latinas fecit non bonas:*
*Idem Menandri Phaſma nunc nuper dedit: &c.*
*Exclamat: furem, non Poëtam, fabulam*
*Dediſſe: & nihil dediſſe verborum tamen.*
*Colacem eſſe Nævij & Plauti veterem fabulam.*
*Paraſiti perſonam inde ablatam & militis:*
*Si id eſt peccatum; peccatum impudentia eſt*
*Poëtæ: non qui furtum facere ſtuduerit.*
*Colax Menandri eſt: in ea eſt paraſitus Colax,*
*Et miles glorioſus: eas ſe non negat*
*Perſonas tranſtuliſſe in Eunuchum ſuam*
*Ex græca: ſed eas fabulas factas priùs*
*Latinas, ſciſſe ſeſe; id verò pernegat.*

Materia perpetua comediæ.

*Quòd ſi perſonis iiſdem uti aliis non licet:*
*Qui magis licet, currentes ſervos ſcribere;*
*Bonas matronas facere; meretrices malas;*
*Paraſitum edacem; glorioſum militem;*
*Puerum ſupponi; falli per ſervum ſenem;*
*Amare, odiſſe, ſuſpicari? deniq;*
„ *Nullum eſt jam dictum, quod non dictum ſit prius.*
*Eunuch Prolog.*

Nichts newes kömt auff die bahn.

*Ex integra græca, integram Comœdiam*
*Hodiè ſum acturus Heautontimorumenon,*
*Duplex quæ ex argumento facta eſt ſimplici.*
*Nam quòd rumores diſtulerunt malevoli;*
*Multas contaminaſſe græcas, dum facit*
*Paucas latinas: eſſe id factum hic non negat.*
*Neq; ſe id pigere; & deinde facturum autumat.*
*Habet bonorum exemplum: quo exemplo ſibi*
*Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.* Heaut. Prolog.

a συναποθνήσκω, commorior.

*a Synapothneſcontes Diphili comœdia eſt,*
*Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.*
*In græca adoleſcens eſt, qui lenoni eripit*
*Meretricem, in prima fabula: eum Plautus locum*
*Reliquit integrum: eum hic locum ſumſit ſibi,*
*In Adelphos: verbum de verbo expreſſum extulit.*
*Eam nos acturi ſumus novam: pernoſcite,*
*Furtum ne factum exiſtimetis: an locum*
*Reprehenſum, qui præteritus negligentiâ eſt.* Ad. Pr.

Horat. O imitatores, ſervum pecus. &c.

## Libertas, Liberti.

*Feci, ex ſervo ut eſſes libertus mihi:*
*Propterea quòd ſerviebas liberaliter.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-796021-p0026-7

*Quod habui, ſummum precium perſolvi tibi.*
*Andr. 1. 1.*

*Libertas ſummum precium ſervo.*

Gefangen Mann / arm Mann /
Los Mann / Gros Mann.

Servitus, Servitium; Famuli:
Servi: Servorum artes: Miniſtri:
Servi & ancillæ familiâs.

*Arte opus eſt ſervis; Fide & Taciturnitate. And. 1. 1.* Servi probi, officia 3.

Kunſt vnd trewe Hand /
Geht durch alle Land.
Trew vnd verſchwiegen / 2
Bleibt nirgend ligen.

*Sceleratus Davus ſi quid conſilij* Servus improbus.
*Habet; conſumet nunc:*
*Quem ego credo manibus pedibusq; obnixè omnia*
*Facturum, magis adeò, ut mihi (hero) incommodet,*
*Quàm ut obſequatur gnato. Andr. 1. 1.* cc

*Servi ſunt magiſtri improbi filiorum. And. 1. 2.* Bock zum Gärtner.

*Si ſenſero, Dave, hodiè quicquam in his te nuptiis*
*Fallaciæ conari, quò fiant minus;*
*Aut velle in ea re oſtendere, quàm ſis callidus:*
*Verberibus cæſum te in piſtrinum, Dave, dedam, uſq; ad necem:*
*Eâ lege atq; omine, ut ſi te inde exemerim; ego pro te molam.*
*Quid hoc? intellextin? an nondum etiam ne hoc quidem? D. Imò callidè.*
*Ita apertè ipſam rem modò locutus; nihil circuitione uſus es.* Scommata ſervilis contemtus.

S. *Ubivis faciliùs paſſus ſim, quàm in hac re, me deludier.*

D. *Bona verba quæſo.* S. *irrìdes? nihil me fallis. Sed dico tibi,*

*Ne temerè facias: neq́ tu haud dicas, tibi non prædictum: cave.* And. 1. 2.

*Quidnam hic volt veterator* (Davos) *ſibi?*

b Antiquũ, pro ille: Illc hic,

*Nam ſi hîc mali eſt quicquam: hem.*[b] *illic eſt huic rei caput.* Andr. 2. 5.

*Servo ne meas fortunas commiſiße futili?* And. 3. 5.

*Ego dudum veritus ſum, Dave, abs te, ne faceres idẽ.*

*Quod volgus ſervorum ſolet; dolis ut me deluderes.*

D. *Egone id facerem?* S. *credidi.*

*Idq́ adeò metuens, vos celavi.* And. 3. 4.

*Davus omnia.* And. 4. 1. vulgò addunt: *Inter-*

Pœna ſervilis mancipiorum.

*Sublimem intrò hunc rape, quantũ potes.* (*turbat.*

Da. *Quamobrem?* S. *quia lubet: rape inquam.*

Da. *Quid feci?* S. *rape.* And. 5. 2.

Xenophon. παιδοκύρευ.

**Der Herr iſt dem Knecht nicht ſchüldig rechenſchafft zu geben.**

*Nunc jam ego pol hodie, ſi vivo, tibi oſtendam, herum quid ſit pericli fallere.* And. 5. 2.

*Nunc te, Parmeno, oſtendas, qui vir ſies.*

Quaſi magiſter.

*Scio, te mihi ſæpè pollicitum eſſe; Chærea, aliquid inveni*

*Modò: in ea re utilitatem ego faciam, ut cognoſcas meam.*

*Cùm in cellulam ad te, patris penum omnem congerebam*

*Clanculum. Fac ſis nunc promiſſa appareant.*

P. *At*

P. *At enim iſthæc in me cudetur faba!* Ch. *ah.*
P. *Si certum eſt facere, facias. Verùm ne poſt conculpam in me. Eunucho 2. 3.* (*feras*

*Ancillæ foràs ſimul omnes proruunt ſe:*
*Perſtrepunt: ita ut fit, domini ubi abſunt. Eun. 3. 5.*
Wenn die Katze nicht daheim iſt/
So hat die Maus ihren Lauff.

*At enim me hîc, quantum operis fiat* (à ſervis)
*pœnitet. Heaut. 1. 1.*
Der Knecht vnd Magd bedencken nicht/
Was hie vnd dort im Haus gebricht:
Drumb mus der Herr vnd Fraw offt seyn
Knecht ſelbſt vnd Magd im Hauſe ſein.

*Laudas, qui heros fallunt? In loco,*
*Ego verò laudo: quippe quia*
*Magnarum ſæpè id remedium ægritudinum eſt.*
*Heaut. 3. 2.*

Fallacia utilis in loco

Dem Herrn etwas in Beutel liegn/
Das geht wol hin/ nicht rauſſer triegn.

*Hominem priſtino dignum.* S. *quem?* Ch. *iſtum ſervulum*
*Vico adoleſcentis.* S. *Syre, tibi timui malè.* (*vulum*
Ch. *Qui paſſus eſt, id fieri,* (filium profugere inopiâ)
S. *Quid faceret?* Ch. *rogas?*
*Aliquid reperiret; fingeret fallacias:*
*Unde hunc difficilem invitum ſervaret ſenem.*
*At nunc quid expectat?* (ſervulus) *Nonne ad ſenem aliquam fabricam fingit?* S. *ſtolidus eſt.*
Ch. *At te adjutore oportet. Heaut 3. 2.*
Sy. *Dictum ac factum reddidi.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-796021-p0029-7

Ch. *Bonan' fide?* Sy. *bonâ hercle.* Ch. *non poſſum pati,*
*Quin tibi caput demulceam: accede huc, Syre.*
*Faciam boni tibi aliquid pro iſta re, ac lubens.*
Sy. *at ſi ſcias, quàm ſcitè in mentem venerit.*
Ch. *vah, gloriare, eveniſſe ex ſententia?* Heaut. 4. 5.

*Servi venere in mentem Syri*
*Calliditates.* M. *itane?* Ch. *voltus quoq; hominum fingit ſcelus:*
*Veterator.* M. *magis, ſi magis noris, putes*
*Ita rem eſſe.* Ch. *ain' tu?* M. *quin tu auſculta.* Heaut. 5. 1.

Kinder abrichter.
*Ille tuum quoq;, Syrus idem, mirè finxit filium;*
*Ut ne paulum quidem ſuboleat eſſe, &c.* Heaut. 5. 1.

Diſcrimen τῆς πατρικῆς καὶ δεσποτικῆς: paterni ac herilis imperii.
*Hic* (filius) *ita ut liberos eſt æquom, dictis confutabitur.*
*Sed Syrum.* Me. *quid eum?* Ch. *Egóne? ſi vivo, adeò exornatum dabo,*
*Adeò depexum; ut, dum vivat, meminerit ſemper mei.*
*Qui ſibi me pro deridiculo ac delectamento putat.*
*Non (ita me dÿ ament) auderet hæc facere viduæ mulieri,*
*Quæ in me fecit.* Heaut. 5. 1.

Servus bonus.
*Hic Geta; ut captus eſt ſervulorum, non malus,*
*Neq; iners; alÿ illas,* (matrem & filiam)
*Solus omnem familiam ſuſtentat.* Adel. 3. 5.
*Non hercle hîc quidem durare quiſquam, ſi ſic ſit, poteſt.*
*Scire equidem volo, quot mihi ſint domini.* Ad. 4. 2.

An Galgen einen ſolchen Geſellen.

*Sanè ego te hodie exercebo, ut dignus es, Silicernium. Adel. 4. 2.*

*Ego jam proſpiciam mihi.* (Servus helluo)

*Nam jam adibo; atq; unumquodq;, quod quidem erit belliſsimum,* Servilis licentia Attica & Romana.

*Carpam: & cyathos ſorbillans paullatim hunc producam diem. Adel 4. 2.*

*Servus ebrius ac temulentus, exemplum diſciplinæ domeſticæ. Adel. 5. 1.*

*In ipſa turba atq; in peccato maxumo,*
*Quod vix ſedatum ſatis eſt; potaſti ſcelus,*
*Quaſi re benè geſtâ. Adel. 5. 1.*

Die Knecht vnd Mägde ſind im Haus
Die beſten Schadenfro durchaus.

*Servi ſunt communis corruptela noſtrûm liberûm. Adel. 5. 3.*

*Servum haud illiberalem præbes te: & tibi*
*Lubens benè faxim: & ipsâ re experiere propediem. Adel. 5. 5.*

Trewem Diener ſol man wol lohnen.

*Is mihi eſt profectò ſervus ſpectatus ſatis,* „
*Cui dominus curæ eſt: ita ut tibi ſenſi.* „
*Et tibi ob eam rem, ſi quid uſus venerit,* „
*Lubens benè faxim. Adel. 5. 6.*

*Ego iſtos vobis* (patres) *usq; à pueris curavi ambos ſedulò.* Scilicet, ſi diis placet,
*Docui, monui, benè præcepi ſemper, quæ potui, omnia.*
*D. Res apparet & quidem porrò hæc obſonare, cum fide* (fidibus.) „

Scor-

„ Scortum adducere: apparare de die convivium.
„ Non mediocris hominis hæc ſunt officia.

Ironica. Poſtremò hodie in pſaltria iſthac emundâ hic adiutor fuit: (Adel. 5. 9.
Hic curavit: prodeſſe æquum eſt: alij meliores erunt.

Die Welt mus Schälck vnd Buben han/
Vnd ſolt ſie die vom Galgen tran.
Sine vadere, ſicut vadit:
Quia vult vadere, ſicut vadit.
Was ſtracks an Galgen ſol vnd wil/
Helt niemand / wer er noch ſo viel.

Fauler Heintze. Ceſſandi mihi hodiè poteſtas haud data eſt.
Ita curſando atq; ambulando totum hunc contrivi diem. Hec. 5. 3.

Domum revortor mœſtus, atq; animo ferè
Opera bonorum ſervorum. Perturbatus atq; incerto præ ægritudine.
Aßido: accurrunt ſervi, ſoccos detrahant.
Video alios feſtinare; lectos ſternere;
Cœnam apparare: pro ſe quiſq; ſedulò
Faciebant, quò illam mihi (hero) lenirent miſeriam. Heaut. 1. 1.

Abeuntes ambo hinc tum ſenes, me filiis
Quaſi magiſter. Relinquunt quaſi Magiſtrum. DOGeta, provin-
Bock zum Gärtner. Cepiſti duram. G. mihi uſu venit; hoc ſcio. (ciam
Memini, relinqui me, Deo irato meo. Phor. 1. 2.

Wer böſe Bubn from machen ſol/
Von Gott geſtrafft iſt all zu wol.

Incredibile eſt, quantò herum anteeo ſapientiâ.
Meditata mihi ſunt omnia mea incommoda: herus ſi redierit;

Molen-

Molendum uſq; in piſtrino: vapulandum: habendæ compedes: Scomma deſperatæ malitiæ. Galgenſtrick.

Opus ruri faciundum. Horum nihil quicquam accidet animo novum.

Quicquid præter ſpem eveniat, omne id deputabo eſſe in lucro. Phor. 2. 1.

Oh, bone cuſtos, ſalve; columen verò familiæ,

Cui cõmendavi filium, hinc abiens, meum. Phor. 2. 1.

Servum hominem cauſſam orare leges non ſinunt.

Neq; teſtimonij dictio eſt. Phor. 2. 1.

## Benevolentia, Beneficentia, Benefactum, Beneficium, Benefactor.

Vide Munus, Donatio.

Mihi hoc moleſtum eſt. Nam iſthæc commemoratio

Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij. And. 1. 1.

Imò enim quàm maximè abs te poſtulo atq; oro,

Ut beneficium, verbis initum, re comprobes. And. 5. 1.

Ille, quem beneficio adjungas, ex animo facit:

Studet par referre. Adel. 1. 1.

Abs quovis homine, cùm eſt opus, beneficium accipere gaudeas.

Verùm enimverò id demum juvat, ſi, quem æquum eſt benefacere, is facit. Ad. 2. 3. (Phor. 3. 2.

Fœneratum iſthuc beneficium tibi pulcrè, dices.

Ut beneficium, verbis initum dudum, nunc re comprobes; abs te poſtulo atq; oro, Chreme.

Ch Vide, quàm iniquus ſis præ ſtudio, dum efficias id, quod cupis!

Neq; modum benignitatis, neq; quid me ores, cogitas.

Nam

*Nam ſi cogites, remittas jam me onerare injuriis.*
*And. 5. 1.*

Ein gedültig Pferd ſol man nicht zu ſehr reiten.

*Cupio aliquos parere amicos beneficio meo. Eun. 1. 2.*
*Cedò, nuncubi meam benignitatem ſenſiſti in te claudier? Eun. 1. 2.*

## Ætas: Ætatum genera.

*Ego iſthuc ætatis, non amori operans dabam.*
*Sed in Aſiam hinc abij, propter pauperiem; atq; ibi*
*Simul rem & gloriam armis belli reperi. Heaut. 1. 1.*
„ *Adoleſcentulus putavit, me & ætate & benevolentiâ*
„ *Plus ſcire & providere, quàm ſe ipſum ſibi. Hea. 1. 1*

Witz kömmet vor Jahren nicht.

*Illa ætas* (filij adoleſcentis) *magis ad hæc* (bona domeſtica) *utenda idonea eſt. Hea. 1. 1.*

## Pueritia: Puerilis ætas.

*Qui ſcire poſſes? aut ingenium noſcere?*
*Dum ætas, metus, magiſter prohibebant? And. 1. 1.*
*Pueri inter ſeſe, quàm pro levibus noxiis iras gerũt!*
*Quapropter? quia enim qui eos gubernet animus, infirmum gerunt Hec. 3. 1.*
*Quid vos me ſic ludificamini, inepti, veſtrâ puerili ſententiâ?*
*Nolo, volo: volo, nolo rurſum: cedò, cape.*
*Quod dictum, indictum eſt: quod modò erat ratum, irritum eſt. Phor. 5. 8.*

Ado-

Adoleſcentia, Ephebia: Ephebi: Pubertas; Juventus, ta.

*Poſtquam exceßit ex ephebis, liberius vivendi fuit poteſtas. Antea*

*Quî ſcire poſſes? aut ingenium noſcere. And. 1. 1.*

*Plerique omnes faciunt adoleſcentuli, ut animum ad aliquod ſtudium adjungant:*

*Aut equos alere; aut canes ad venandum; aut ad Philoſophos. (cætera,*

*Horum ille* (meus filius) *nihil egregiè, præter Studebat: & tamen omnia hæc mediocriter. And. 1. 1.*

*Adoleſcentuli vobis* (civibus) *placere potiùs ſtudeant, quàm ſibi. Heaut Prol.*

*Quid illum porrò credis facturum, Chreme?*

*Niſi eum;* [a] *quantum dij dant tibi opis; ſervas, caſtigas, mones.*

*Atqui nunc, here, hic tibi aſſervandus eſt: ſi ſapias.*

*Nam mihi jam minùs minusque obtemperat. Heaut. 3. 3.*

[b] *Clanculum patres filij faciunt, quæ fert adoleſcentia. Adel. 1. 1.*

*Sperabam, deferviſſe jam adoleſcentiam.*

*Gaudebam. Ecce autem de integro. Adel. 1. 2.*

*Habere amicam adoleſcentem;*

*Id* [c] *vitium nunquam decrevi eſſe ego adoleſcentiæ.*

*Nam id omnibus* [d] *innatum eſt. Hec. 4. 1.*

Adoleſcentiæ gravis & moleſta Diſciplina.

*Quàm iniqui ſunt patres in omnes adoleſcentes judices!*

*Qui*

a Pium: Pſal. 127. Hæreditas Domini liberi.

b Archaiſmus.

c Ebr. 13. Scortatores judicat Deus.

d Geneſ. 6. & 8. Cor hominis pravum à pueritia.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-796021-p0035-7

Man ſolte es den Junckern nicht thun.

*Qui æquum cenſent, nos jam à pueris illicò naſci ſenes,*
*Neq; illarum affines eſſe rerum, quas fert adoleſcentia.*
*Ex ſuâ libidine moderantur, nunc quæ eſt; non quæ olim fuit. Heaut. 2. 1.*

Dem Vier iſt recht gegeben.

*Adeò res rediit: adoleſcentulus*
*Sæpè eadem & graviter audiendo, victus eſt.*
*In Aſiam militatum abiit. Heaut. 1. 1.*

Bedencke dich eine weile.

*Emori cupio:* Ch. *priùs quæſo diſce, quid ſit vivere.*
*Ubi ſcies: ſi diſplicebit vita, tum iſthoc utitor.*
*Heaut. 5. 2.*

## Adoleſcentiæ olim ſtudia.

Muſica olim erant philoſophica omnia.

*Fac periculum in literis; fac in palæſtra; in muſicis.*
*Quæ liberum ſcire eſt æquum adoleſcentem: ſolertem dabo. Eun. 3. 2.*

Beym alten Keyſer.

*Ego iſthuc ætatis non amori operam dabam:*
*Sed in Aſiam hinc abij, propter pauperiem: atq; ibi*
*Simul rem & gloriam, armis belli repperi, Hea. 1. 1.*

## Diſciplinæ, Licentia puerilis & juvenilis; & omninò præſentis ſeculi obſequium.

*Deteriores omnes ſumus licentiâ. Heaut. 3. 1.*

Das ſind friſche Häne/ die wollen wir haben.

*Quid ille fecerit? quem neq; pudet*
*Quicquam, neq; metuit quenquam; neq; legem putat*
*Tenere ſe ullam. Foreis effregit: atq; in ædeis irruit*
*Alienas: ipſum dominum atq; omnem familiam*
*Multavit usq; ad mortem. Adel. 1. 2.*

Quid

*Qvid iſthuc? tibi ſi iſtuc placet;*
*Profundat, perdat, pereat: nihil ad me attinet.*
*Iam ſi verbum unum poſthac! Adel. 1. 2.*
*Iſte tuus ipſe ſentiet* „
*Poſterius. Nolo in illum gravius dicere. Adel. 1. 2.* „ Licentia po
*Quis homo pro mœcho unquã vidit in domo mere-* litica.
*Deprehendi quenquam? P. neſcio. Eun. 5. 5. (triciâ*
*Nimia illæc licentia*
*Profectò evadet in aliquod magnũ malum. Ad. 3. 5.*
*Inſcitia eſt, advorſum ſtimulum calceis. G. Cæ-*
*pi his omnia* ( filius herilibus )
*Facere, obſequi quæ vellẽt. D. ſciſti uti foro. Ph. 1. 2.* Quaſi Magiſter.
Wenn die Kinder jhren willen haben/So weinen ſie nicht. Welt will betrogen ſeyn.

## Senectus: Senecta: Senectutis incommoda.

*Videre mihi, præter ætatem tuam*
*Facere; & præterquam res te adhortatur tua.*
*Nam quid vis tibi? aut quid quæris?*
*Annos ſexaginta natus es, aut plus eo, ut conjicio.*
*Proinde quaſi nemo ſiet,*
*Ita tute attentè ſervorũ officia fungere Heaut. 1. 1.*
*Aquilæ ſenectus. Heaut 3. 2.*
Die alten Weib vnd Manne/
Suchen jhr Labſal in der Kanne.
*Ad omnia alia, ætate ſapimus rectiùs.*
*Solum unum hoc vicium affert ſenectus hominibus:* Je älter/
*Attentiores ſumus ad rem omnes, quam ſat eſt.* je kärger.
*Adelph. 5. 3.*

*Benè & ſapienter dixti dudum: vicium commune omnium eſt,*
*Quod nimiùm ad rem in ſenectâ attenti ſumus.*
*Hanc maculam nos decet effugere. Dictum eſt verè: & re ipsâ fieri oportet. Adel. 5. 8.*
*Nihil pol iſtæ res mihi voluptatis ferunt.*
*Dum ætas, tempus tulit; perfuncta ſatis ſum: ſatias jam tenet*
*Studiorum iſtorum. Hæc mihi nunc cura eſt maxima, ut ne cui meæ*
*Longinquitas ætatis obſtet, mortemve exſpectet meam.*
*Hic video, me eſſe inviſam meritò: tempus eſt, concedere.*
*Sic optumè, ut ego opinor, omneis cauſſas præcidam (omnibus.*
*Et me ſuſpicione exolvam; & illis morem geſſero. Hecyr. 4. 2.*

Senectus patiens.
Alter weiche den Jungen/
Hat dirs ſo lang gelungen.
Die ſinds/ die dich vertreiben/
Wer weis/ wo ſie auch bleiben.

Man laſſe die Jungen ſo lang haußhalten/
Sie werdens ſo vberdrüſſig als die Alten.

*Odioſa eſt hæc ætas adoleſcentulis.*
*E medio æquum excedere eſt. Poſtremò, jam fabula Sumus, ſenex atq; anus. Hec. 4. 3.*

Neunzig Jahr der Kinder Spott/
Vor zeiten/ jetzt viel ehe die Noth.

*Jam eâ ætate ſum, ut non ſiet peccato mihi, ignoſci æquum.*
*Quò magis omnes res cautiùs, ne temerè faciam; accurro. Hec. 5. 1.*
*Senectus ipſa morbus eſt. Phor. 4. 1.* Wer altet/ der kaltet.

*Quid ſperem? ætate porrò minùs peccaturũ putem?*
*Jam tum erat ſenex: ſenectus ſi verecundos facit.*
*Phor. 5. 9.*

Alter hilfft für Thorheit nicht.

## Modus, Moderatio, Mediocritas.

*Horum* [a] *ille nihil egregiè, præter cætera* — a (Studii equorum, canum, venationis.
*Stûdebat: & tamen omnia hæc mediocriter.*
*Gaudebam.* Soſ. *Non injuriâ. Nam id arbitror*
*Adprimè in vitâ eſſe utile:* Ut ne quid nimis.
*And. 1. 1.*

*Videndum eſt, ne quid faciam plus, quòd me poſt minùs feciſſe ſatiùs ſit. Hec. 5. 1.* — Beſſer zu wenig/ denn zu viel.
*Quære obſecro, ne quid plus minusve faxit, quod nos pòſt pigeat. Phor. 3. 3.*
*Ita fugias,* ne præter caſam: *quod ajunt Ph. 5. 2.* — Nicht vber die Schnur. bey Zimmerleuten.
*Quam ſcitum eſt, ejuſmodi parare in animo cupiditates, (Phor. 5. 4.* — Kleinem ſchaden kan man helffen.
*Quas, cùm res adverſæ ſient, paulò mederi poßis.*

## Amicitia: Conſuetudo: Uſus.

*Facile omneis perferre ac pati, cum quibus erat cunq; unà: his ſeſe dedere.*
*Eorum obſequi ſtudiũ: advorſus nemini:*
*Nunquam præponens ſe illis: ita, ut facilimè*
*Sine invidiâ invenias laudem & amicos parcis.* — γνώμη τῦ ἀρομβύς.
Soſ. *Sapienter vitam inſtituit. Namq; hoc tempore,*
Obſequium amicos; Veritas odium parit.
*And. 1. 1.*

## Amicitia vera & ſincera, atque perfecta.

*Sic vita erat: facilè omnes perferre ac pati,*
*Cum quibus erat: cumq; unà his ſeſe dedere.*
*Nunquam præponens ſe illis: ita ut facilimè*
*Sine invidia invenias laudem & amicos pareis.*
*Namq; hoc tempore:* Obſequium amicos; Veritas odium parit. *And. 1. 1.*
*Per ego te deos oro, & noſtram amicitiam, Chreme,*
*Quæ incepta à parvis, cum ætate accrevit ſimul;*
*Perq́; unicam gnatam tuam & gnatum meum;*
*Cujus tibi poteſtas ſumma ſervandi datur:*
*Ut me adjuves in hac re; atq; ita, uti nuptiæ*
*Fuerant futuræ, fiant.* Ch. *ah, ne me obſecra.*
*Quaſi hoc te orando à me impetrare oporteat.*
*Alium eſſe cenſes nunc me, atq; olim?*
*Si in rem eſt utriq;, ut fiant: accerſi jube.*
*Sed ſi ex ea re plus mali eſt, quàm commodi*
*Utriq;: id oro te, in commune ut conſulas;*
*Quaſi illa* (mea filia) *tua ſit, Pamphiliq; ego ſim pater.*
S. *Imò ita volo, itaq́; poſtulo ut fiat, Chreme.*
*Neq; poſtulem abs te, ni ipſa res moneat. And. 3. 3.*
*Ego tibi hoc pro ſervitio debeo;*
*Conari manibus, pedibus, noctesq́; & dies;*
*Capitis periculum adire, dum proſim tibi. And. 4. 1.*
*Si ita iſthuc animum induxti, eſſe utile:*
*Nolo tibi ullum cõmodum in me claudier. And. 3. 3.*
*Satis jam, ſatis, Simo, ſpectata erga te amicitia eſt mea.*

Alle freund ſchafft die beſte.

Amicorum omnia communia.

*Satis pericli cœpi adire. Orandi jam finem face.*
*Dum ſtudeo obſequi tibi; pæne illuſi vitam filiæ.*
*And. 5. 1.*
*Tuus eſt nunc Chremes: facturum, quæ voles, ſcio eſſe omnia. And. 5. 5.* Cauſſæ amicitiæ.
*Vel virtus tua me, vel vicinitas;*
*Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto;*
*Facit, ut te audacter moneam & familiariter:*
*Quod mihi videre, præter ætatem tuam*
*Facere, & præter quam res te adhortatur tua.*
*Obſecundato in loco.* Heaut. 4. 6. Heaut. 1. 1.
*Iſthuc, quicquid eſt, fac me ut ſciam.*
*Ne retice; ne verere: crede (inquam) mihi.*
*Aut conſolando, aut conſilio, aut re juvero.* Hea. 1. 1. Officia amoris.
*Tute ſcis, poſt illa quàm intimum habeam te,*
*Et mea conſilia ut tibi credam omnia.* Eun. 1. 2. Diffidentia ſapiens in amicitia. Fide: cui fide. Trewe iſt Wildpret.
*Ego de me facio conjecturam. Nemo eſt meorum amicorum hodie.*
*Apud quem expromere omnia mea occulta audeam.*
*Apud alium prohibet dignitas: apud alium ipſius facti piget;*
*Ne ineptus, ne protervus videar.* Heaut. 3. 3.
*Nunc age, da te mihi viciſſim.*
*Nam amici quoq; res eſt videnda, in tuto ut collocetur.* Heaut. 4. 3.
*Videndum eſt, inquam,*
*Amici quoq; res tui in tuto ut collocetur,* Heaut. 4. 3.
*Iſthuc tibi ex ſententia obtigiſſe lætor.* Ibidem. Amicus alter Ego. Ariſtoteles Cicero.
*Ita medij ament, ut ego nunc non tàm meapte cauſſâ*

*Lætor, quàm illius: quam ego ſcio eſſe honore quovis*
*dignam. Heaut. 4. 3.*
*Ita me dij amabunt, ut nunc Menedemi vicem*
*Miſeret me: tantum deveniſſe ad eum mali. Heaut. 4. 5.*
*Scio, tibi eſſe hoc gravius multò ac durius,*
*Cui fit. Verùm ego haud minùs ægrè patior id, qui*
*neſcio.*
*Nec rationem capio: niſi quòd tibi benè ex animo*
*volo. Heaut. 5. 2.*
*Eam laudem hic ducit maximam, cùm illis pla-*
*Qui vobis univerſis & populo placent. (cet,*
*Quorum operâ in bello, in ocio, in negocio,*
*Suo quisq; tempore uſus eſt ſine ſuperbia. Ad. Prol.*
*Illius operâ nunc vivo; feſtivum caput,*
*Qui omnia ſibi poſtputarit eſſe præ meo commodo,*
*Maledicta, famam; meum amorem & peccatum in*
*ſe tranſtulit.*
*Nihil pote ſuprà. Ad. 2. 3.*
*Age inepte: quaſi nunc non norimus nos inter*
*nos. Ad. 2. 5.*
*Quid facias? ut homo eſt, ita morem geras. Ad. 3. 4.*
*Cognatus mihi erat Simulus: unà à pueris par-*
*vuli*
*Sumus educti: unà ſemper militiæ & domi*
*Fuimus: paupertatem unà pertulimus gravem.*
*Quapropter nitar, faciam, experiar: deniq;*
*Animam relinquam potiùs, quàm illas* (matrem,
& filiam Simuli) *deſeram. Ad. 3. 5.*

*Vetus*

*Vetus verbum hoc quidem eſt :* Communia eſſe amicorum inter ſe [a] omnia. *And.5.3.*

a Quæ jure poſſunt.

*Quid agam? quem mihi amicum inveniam, miſera? aut cui conſilia hæc conferam?*

*Aut unde mihi auxilium petam? Phor. 5. 1.*

In adverſis amicorum caritas.

*Haud ita decet; ſi perpetuam vis eſſe affinitatē hanc;*

Amica reconciliatio.

*Cælare te iras. Si quid eſt peccatum à nobis, profer.*

*Aut ea refellendo, aut purgando vobis, corrigemus,*

*Te judice ipſo. Hecyra 2.2.*

*Te hoc moneo unum : qualis ſim amicus, aut quid poßiem,*

*Potiùs quàm inimicus: periculum facias. Hec.5.1.*

*Noli metuere: unà tecum bona, mala, tolerabimus. Phor. 3. 3.*

*Opus eſt, mihi Phormionem ad hanc rem adjutorem (dari.*

Ant. *Praſtò eſt: audaciſſimè oneris quidvis impone, & feret.*

*Solus eſt homo amico amicus. Phor. 3. 3.*

Hyperbole.

Ein Außbund eines rechten Freundes.

*Te mihi fidelem eſſe æquè, atq; egomet ſum mihi,*

Amicus alter ego.

*Sciebam. Ille ſi me alienus affinem volet,*

*Tacebit, dum intercedet familiaritas.*

*Sin' ſpreverit me: plùs quàm opus eſt, ſcito, ſciet. Phor. 4. 1.*

*Iſthæc mihi res* (tua) *ſolicitudini eſt.*

*Neq; defetiſcar, uſq; adeò experirier,*

*Donec tibi id, quod pollicitus ſum, effecero. Ph. 4. 1.*

*Pariter nunc me operâ adjuves, ac dudum re opitulata es.*

Nau. *Factum volo. Phor. 5.3.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-796021-p0043-1

*Lætus ſum; ut ut meæ res ſeſe habent; fratri obtigiſſe quod volo. Phor. 5. 4.*

## Amici perfidi: Perfidia, Infidelitas.

*Adeon' me ignavum putas?*
*Adeon' porrò ingratum, aut inhumanum aut ferũ?*
*Ut neq; me conſuetudo, neq; amor, neq; pudor*
*Commoveat, neq; commoneat, ut ſervem fidem?*
*And. 1. 5.*
*Nullane in re eſſe homini cuiquam fidem?*
*Verum illud verbum eſt, vulgò quod dici ſolet:*

Ein jeder für ſich / Gott für vns allen:

Omnes ſibi malle meliùs eſſe quàm alteri. *And. 2. 4.*

*Hoccinè credibile eſt aut memorabile;*
*Tanta vecordia innata cuiquam ut ſiet?*
*Ut malis gaudeant; atq; ex incommodis*
*Alterius, ſua ut comparent commoda? ah,*
*Idnè eſt verum? imò id eſt genus hominum peſſimum, in*
*Denegando modò queîs pudor paululum adeſt.*
*Pòſt ubi tempus promiſſa jam perfici:*
*Tum coacti neceſſariò ſe aperiunt;*
*Et timent: & tamen res cogit denegare.*
*Ibi tum eorum impudentiſſima oratio eſt:*
*Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi? heus.*
*Proximus ſum egomet mihi. Attamen ubi fides?*
*Si roges: nihil pudet. Hîc, ubi opus eſt,*
*Non verentur: illic, ubi nihil opus eſt, ibi verentur.*
*And. 4. 1.*

Schaden-froh / ἐπιχαιρέκακοι.

Zuſagen iſt adelich / Halten iſt bäwriſch.

*Vale-*

*Valeant, qui inter nos diſcidium volunt. And. 4. 2.*
*Poſtquam me amare dixi, complacita eſt tibi.*
*Eheu me miſerum, cùm tuum animum ex animo*
*ſpectavi meo.*
*Nonne tibi ſatis eſſe hoc viſum ſolidum eſt gaudiū?* Mit Worten betreuget man die Leute.
*Niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres.*
*Habeas. Andr. 4. 1.*

*Bonus hic eſt vir. S. hic vir ſit bonus?*
*Itane attemperatè venit hodiè in ipſis nuptiis:*
*Ut veniret antehac nunquam? eſt verò huic credendum, Chreme? And. 5. 4.*

*Nihil ne eſſe proprium cuiquam? dij veſtram*
*fidem!*
*Summum bonum eſſe heræ putabam hunc Pamphilum,*
*Amicum, amatorem, virum; in quovis loco*
*Paratum: verùm ex eo nunc miſera quem capit*
*Dolorem! Facilè hic plùs mali eſt, quàm illic boni.*
*And. 4. 3.*

*Quid credas jam? aut cui credas? noſtrum ne*
*Aeſchinum,*
*Noſtram vitam omnium; in quo noſtræ ſpes opesq́;*
*Erant: alienum eſſe à noſtrâ familiâ. (omnes ſitæ*
*Jam primùm illum alieno animo à nobis eſſe, res*
*ipſa indicat Adel. 3. 2.*

*Hem, [a] huic mandes, ſi quid rectè curatum velis.* a Den Bock zum Gärtner.
*Adel. 3. 2.*
*Hem ſi quid velis, huic mandes, quod quidem rectè* Den Hund nach Bratwürſten.
*curatum velis:*
*Qui te ad ſcopulum è tranquillo inferat. Phor. 4. 4.*

Vom Rauch ins Fewer. Vom Regen ins Waſſer.

Armut ſchelmet nicht.

*Hem, quanta quanta hæc mea [b] paupertas eſt: tamē Adhuc curavi unum hoc quidem, ut mihi eſſet fides.* Phor. 5. 8.

Trewe Hand / gehet durch alle Land.

## Amicitia diſpar & ingrata; Amor ſtultus & vanus.

*Qui amat, cui odio ipſus eſt; bis facere ſtultè dico. Laborem inanem ipſus capit: & illi moleſtiam affert.* Hec. 3. 2.

## Candor: Simplicitas.

*Eheu me miſerum; cùm tuum animum ex animo ſpectavi meo.* And. 4. 1.

Einfalt dencket / jederman ſey wie ſie.

## Exprobratio: Expoſtulatio: Jurgium: Litigatio.

*Iſthæc commemoratio quaſi exprobratio eſt immemoris beneficij.* And. 1. 1.

*Adeamne ad eum? & cum eo injuriam hanc expoſtulem? Ingeram mala multa! Atq; aliquis dicat: nihil promoveris: Multum. Moleſtus certè ei fuero: atq; animo morem geſſero.* And. 4. 1.

Ἀεὶ τὸν ξένον σωπᾶν μὴ κεκραγῶναι.

*Nunc me hoſpitem lites ſequi, quàm hic mihi ſit facile atq; utile,*

*Aliorum exempla commonent. Simul arbitror,*

Jam

Jam eſſe aliquem amicum & defenſorem ei Clami-
Me Sycophantam; hæreditatem perſequi, (tant:
Mendicum; Tum ipſam deſpoliare nō licet. And. 4. 5.

## Veritas.

Obſequium amicos: Veritas odium parit. And. 1. 1. Veritatem non ex more tuis.
Potin' es mihi verum dicere? D. nihil faciliùs.
Ziegeuner Warheit. (And. 2. 5.
Non Apollinis magis verum, atq; hoc eſt reſponſum. And. 4. 2.
Quæ vera audivi, taceo, & contineo optumè.
Proin' tu, taceri ſi vis, vera dicito. Eun. 1. 2.
Utinam iſthuc verbū ex animo ac vere diceres:
Potiùs, quàm te inimicum habeam: ſi iſtuc crederē
Sincerè dici: quidvis poſſem perpeti. Eun. 1. 2.
Poſſumne ego ex te hodiè exculpere verum?
Eun. 4. 4.
Non poteſt ſine malo fateri: video. Modò ait, modò negat. Eun. 4. 4.
Parmenonis tam ſcio eſſe hanc technam, quàm me vivere. Ibidem Eun. (rato.
Nolo mentiare. Apertè, ita ut res ſeſe habet, nar-
Clin. Bonam atq; juſtam rem oppidò imperas, & factu facilem. (Heaut. 4. 3. Gerade zu / macht gute Renner.
Sy. Imò ut rectâ viâ rem narret ordine omnem.
Vim tantam in me, & poteſtatem habeo tantæ aſtutiæ:
Vera dicendo ut ambos fallam. Heaut. 4. 3. Mit warheit betreuget man die Leute.
Si vera dicis, nihil tibi eſt à me periculi. Hec. 5. 1.
Factis ut credam, facis. Hec. 5. 4.

Labor

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-796021-p0047-4

## Labor, Laſciviæ remedium.

Ocium pulvinar Sathanæ.

Arbeit vertreibet den kützel.

*Ingenium eſt omnium hominum, à labore proclive ad libidinem. And. 1. 1. 40.*

*Opus faciam, ut defatiger: uſq; ingratis ut dormiam. Eun. 2. 1.*

*Illi favillæ plena, fumi, ac pollinis*
*Coquendo ſit faxo, & molendo: præter hæc*
*Meridie ipſo faciam, ut ſtipulam colligat.*
*Tam excoctam reddam atq; atram, quàm carbo eſt. Adel. 5. 3.*

Ich wil jhr den kützel vertreiben.

*Quid vis tibi? aut quid quæris? annos ſaxaginta natus es,*
*Aut plus eo, ut conijcio: proinde quaſi nemo ſiet,*
*Ita tute attentè ſervorum[a] officia fungere.*
*Nunquam tam manè egredior; neq; tam veſpere*
*Domum revortor; quin te in fundo conſpicer*
*Fodere, aut arare, aut aliquid ferre deniq;:*
*Nullum remittis tempus: neq; te reſpicis.*
*Hæc non voluptati eſſe, ſatis certò ſcio.*
*At enim (dices) me hic quantum operis fiat, pœnitet.*

a Archaiſmus.

Die Knechte arbeiten loſe ding.

*Quod in opere faciundo operæ conſumis tuæ;*
*Si ſumas in illis exercendis, plus agas,* Heaut. 1. 1.

Der Herr ſol die Knechte antreiben / nicht ſelbſt arbeiten.

*Sine, ſine; vacuum tempus ne quod dem mihi laboris.* Heaut. 1. 1.

Oci-

## Ocium: Deſidia: Ignavia.

*Dies hic mihi ut ſit ſatis, vereor ad agendum: ne vacuum eſſe me ad narrandū credas. Ad. 4. 2.*

*Ingenium eſt omnium hominum, à labore proclive ad libidinem. And. 1. 1. 40.* (1. 1.

*Nulla adeò ex re iſthuc fit, niſi ex nimio ocio. Hea.*

Müſſiggang lehret nichts gutes.

*Viden', ocium & cibus quid faciat alienus! Eun. 2. 2.*

Schmarutzer / die ſich mit der Naſchbarte werffen laſſen/ Tellerlecker.

## Socii: Sodales: Pravitas Sodálitii; Corruptela: Pravum conſortium.

Vide: ſervi, & ſervorum artes.

*Primùm hæc pudicè vitā, parcè ac duriter agebat:*
*Sed poſtquam amans acceßit, precium pollicens;*
*Accepit conditionem: tum quæſtum occipit. And. 1. 1.*

*Qui cum ingeniis conflictatur improbis;*
*Neq; commovetur animus in ea re tamen:*
*Sciat, poſſe habere jam ipſum ſuæ vitæ modum. And. 1. 1.*

Unterm hauffen iſt ſchwer from bleiben.

*Si quis magiſtrum ceperit improbum;*
*Ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunq; applicat. And. 1. 2.*

*Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc illuc impellitur. And. 1. 5.*

*Tu ſtultum adoleſcentem nobilitas*
*Flagitiis: & eundem indicas. Eun. 5 7.*

*Ubi animus ſemel ſe cupiditate devinxit malâ:*

Nece'

*Neceſſe eſt, conſilia conſequi conſimilia. Heaut. 1. 2.*
Die Kräe gehet des hüpffen nicht leichtlich ab.
*Id miſero reſtat mihi mali: ſi ullum poteſt,*
*Qui alicui rei eſt, etiam eum ad nequitiā adducere.*
*Credo, abductum in ganeum aliquò. (Adel. 3. 3.*
*Perſuaſit ille impurus, ſat ſcio. Adel. 3. 3.*
*Atq; herclè hic de grege illo eſt. Si me ſenſerit.*
*Eum quæritare; nunquam dicet carnifex. Ad. 3. 3.*
Ein Wolff friſt den andern nicht/
Ein Dieb verräth den andern nicht/
Bis ſie beyde an Galgen kommen.
*Tunè impunè hoc facias? tunè hic homines adoleſcentulos,*
*Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis!*
*Solicitando & pollicitando eorum animos lactas:*
*Ac meretricios amores nuptiis conglutinas. And. 5. 4.*
*Mitto rem: conſuetudinem ipſorum. Adel. 5. 3.*
Gelt hin/ Geld her/
Wenn Jugend iſt verderbet ſehr/
Kan mans nicht wiederbringen mehr.

## Paternæ educationis facilitas, lenitas & indulgentia.

*Dum tempus ad eam rem tulit, ſivi; animum ut expleret ſuum. And. 1. 2.*
*Ingenio te eſſe in liberos leni puto Heaut. 1. 1.*
*Si ſemel tuum animum filius intellexerit:*
*Prius proditurum te tuam vitam, & prius*
*Pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium: hui*
*Quantam feneſtram ad nequitiam patefeceris.*
*Tibi*

*Tibi autem porrò ut non ſit ſuave, vivere.*
Nam deteriores omnes ſumus licentiâ.
Wenn man raum gibt einer Hand breit/
So nemen böſe Buben einer Wand breit.
*Quodcunq; inciderit in mentem, volet: neq; id*
*Putabit, pravom an rectum, quod petet, ſiet.*
*Tu rem perire & ipſum, non poteris pati:*
*Dare denegaris! ibit ad illud illicò,*
*Quò maximè apud te valere ſentiet:*
*Abiturum ſe abs te eſſe, illicò minabitur. Hea. 3. 1.*
Wenn die Kinder die Eltern trotzen / da iſts geſchehen.
*In filio me oblecto: ſolum id eſt charum mihi.*
*Ille ut item contrà me habeat, facio ſedulo.*
*Do, prætermitto. Non neceſſe habeo omnia*
*Pro meo jure agere. Poſtremò, alij clanculum*
*Patres quæ faciunt, quæ fert adoleſcentia;*
*Ea[a] ne me celet, conſueſeci filium. Adel. 1. 1.* — a Wenns zutreffe.
[b] *Mihi ſi unquam erit filius; næ ille facili me utetur patre.* — b Milchmaul.
*Nam & cognoſcendi & ignoſcendi dabitur peccati locus,*
*Non ut meus, qui mihi per alium oſtendit ſuam ſententiam.*
*Perij: [c]is mihi; ubi adbibit plùs paulò; ſua quæ narrat facinora! Heaut. 2. 1.* — c Alte Jecken.
*Vehemens in utramq; partem es nimis,*
*Aut largitate nimiâ aut parſimoniâ.*
*In eandem fraudem ex hac re atq; ex illâ incides.*
*Illud permagni referre arbitror, (Heaut. 3. 1.*
*Ut neſcientem ſentiat, te id ſibi dare. Heaut. 3. 1.*

Fac, te patrem eſſe ſentiat: fac, audeat (filius)
Tibi credere omnia; abs te petere & poſcere:
Ne quam aliam quærat copiam, & te deſerat.
Ch. Imò abeat potiùs, malo, quovis gentium:
Quàm hîc per flagitium ad inopiam redigat patrē,
Nam ſi illi pergam ſuppeditare ſumtibus;
Mihi illæc verè ad raſtros res rediÿt.
M. Quot incommoda tibi in hac re capies, niſi caves
Difficilem oſtendes te eſſe: & ignoſces tamen
Poſt: & id ingratum. Heaut. 5. 1.

Pudore & liberalitate liberos
Retinere, ſatiùs eſſe credo, quàm metu. Adel. 1. 1.

Hoc patrium eſt; potiùs conſvefacere filium,
Sua ſponte rectè facere; quàm alieno metu.
Hoc pater ac dominus intereſt: hoc qui neqvit,
Fateatur, ſe neſcire imperare liberis. Adel. 1. 1.

πατρικὸν καὶ δεσποτικόν.

Cur perdis adoleſcentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus ſumptus ſuggeris?
Veſtitu nimio indulges: nimium ineptus es. Ad. 1. 1.

Materiæ corruptelarum.

Tu illum tuum, ſi eſſes homo.
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet,
Potiùs, quàm ubi te exſpectatum ejeciſſet foràs,
Alieniore ætate pòſt faceret tamen. Adel. 1. 2.

Jugend muß vertoben.

Meus filius ſi quis peccat; mihi peccat.
Ego illi maximam partem feram.
Obſonat, potat, olet ungventa: de meo
Amat? dabitur à me argentum, dum erit commo-
(dum.
Ubi non erit; fortaſſe excludetur foras.
Fores effregit? reſtituentur. Diſcidit veſtem?
reſarcietur.

Juncker Handwerck/ Sic itur ad orcum.

Eſt,

Eſt, diis gratia, & unde hæc fiant; & adhuc non
moleſta ſunt. Adel. 1.2.
Tibi dico, Mitio: tu illum corrumpi ſinis. Ad. 1. 2.
Pater eſſe diſce ab aliis, qui verè ſciunt. Ad. 1. 1.
Naturâ tu illi pater es; conſiliis ego. Ad. 1. 2.
Dij voſtram fidem: utrùm ſtudione id ſibi habet? an laudi putat
Fore, ſi perdiderit gnatum? væ miſero mihi. Fructus indulgentiæ.
Videre videor jam diem illum, cùm hinc egens
Profugiet aliquò militatum. Adel. 3. 4.
Inepta lenitas patris & facilitas prava. Adel. 3. 4.
Ut quiſq; ſuum vult eſſe, ita eſt. Ad. 3. 4.
Cur nunc apud te potat meus? cur recipis meum?
Cur emis amicam, Mitio? Adel. 5. 3.
Scire eſt liberum ingenium atq; animum: quovis illos tu die
Reducas. At enim metuas, ne ab re ſint tamen
Omiſſiores paulò. O noſter Demea;
Ad omnia alia ætate ſapimus rectiùs.
Illos ſat ætas acuet. Adel. 5. 3.
Sie werden from werden / wenn ſie außgetollen.
Witze kömmet vor Jahren nicht. Scilicet.
Ne nimiùm modò bonæ iſtæ tuæ nos rationes, Mitio,
Et tuus iſte animus æquus ſubvortat. Ad. 5. 3.
Ego quoq; à meis me amari & magnipendi
poſtulo. (ram.
Si id ſit dando atq; obſequendo, non poſteriores fe-
Decerit? id mea minimè refert, qui ſum natu maxumus.

*Adel. 5. 4.* Sie mögens Gelag bezahlen.

Mihi, βεβίωται. *Cicero. 14. Att. epiſt. 24. Mihi quidem βεβίωται.*

*Viderint juvenes* Sie mögen ſehen/ wo ſie bleiben.

*Quàm longum ſpacium amandi amicam tibi dedi?*
*Sumtus, quos feciſti in eam, quàm animo æquo tuli!*
*Egi atq; oravi tecum, uxorem ut duceres.*
*Tempus dixi eſſe: impulſu duxiſti meo. Hec. 4. 4.*
*Per ego te deos oro, ut ne illis animum inducas credere;*
*Quibus id maximè utile eſt, illum* (meum filium) *eſſe quàm deterrimum. And. 5. 1.*

Die Leute gönnen mirs nicht/ daß ich ſo ein frommen Sohn habe.

## Malitia deſperata.

*Mala mens, malus animus. And. 1. 1. 43.*

Haut vnd Haar böſe/ gibt keinen guten Peltz.

## Parentum in liberos pietas: φιλοςοργία.

*Hic parvæ conſuetudinis cauſſâ, mortem hujus tam fert familiariter.*
*Quid hic mihi faciet patri?*
*Hæc ego putabam eſſe omnia humani ingenij*
*Manſuetiq; animi officia.*
*Egomet quoq; ejus cauſſâ in funus prodeo. And. 1. 1.*
*Nonne te miſeret mei?*
*Tantum laborem capere, ob talem filium! And. 5. 1.*
*Tantos ego ſolus ſumtus faciam? ſed gnatum unicum;*

Quem

*Quem pariter uti his decuit, aut etiam amplius;*
*Eum ego ejeci miſerum injuſtitiâ meâ.*
*Uſq; dum ille vitam illam colet*
*Inopem, carens patriâ, ob meas injurias;*
*Interea uſq; illi de me ſupplicium dabo,*
*Laborans, quærens, parcens, illi ſerviens.*
*Decrevi, fas non eſſe, ullâ me voluptate hic frui,*
*Niſi ubi ille huc ſalvos redierit meus particeps. He-*
*aut. 1.1.*

*Parentes æquum eſſe cenſent, nos jam à pueris il-*
*licò naſci ſenes.*
*Neq; illarũ affines eſſe rerũ, quas fert adoleſcentia.*
*Ex ſua libidine moderantur, nunc quæ eſt; non quæ*
*olim fuit. Heaut. 2.1.*

*Multò omnium nunc me fortunatiſsimum*
*Factum puto eſſe, gnate, cùm te intelligo*
*Reſipiſſe. Heaut. 4.7.*

*Ego, quia non rediit filius, quæ cogito!*
*Quibus nunc ſollicitor rebus! ne aut ille alſerit:*
*Aut uſpiam ceciderit; aut perfregerit*
*Aliquid: vah, quenquamne hominem in animo in-*
*ſtituere aut* „
*Parere, quod ſit carius, quàm ipſe eſt ſibi! Ad. 1.1.* „

*Ego hunc majorem adoptavi mihi;*
*Eduxi à parvulo: habui; amavi pro meo.*
*In eo me oblecto: ſolum id eſt charum mihi.*
*Ille ut item contrà me habeat, facio ſedulo.*
*Adel. 1. 1.*

*Ego quoq; à meis me amari, & magnipendi*
*poſtulo:*
*Si id fit dando & obſequendo. Ad. 5. 4.*

*Ae. Hem pater mi, tu hîc eras?*

*D. Tuus herclè verò & animo & naturâ pater.*

*Qui te amat plùs, quàm hoſce oculos. Ad. 5. 7.*

*Etſi ſcio, Philumena, meum jus eſſe, ut te cogam,*

*Quæ ego imperem, facere; Ego tamen patrio animo victus, faciam* (*Hec. 2. 2.*

*Ut tibi concedam, neq; tuæ libidini adverſabor.*

„ *Ego meis me omnibus ſcio eſſe adprimè obſequentem:* (*animos.*

„ *Sed non adeò, ut facilitas mea illorum corrumpat*

„ *Quod ſi tu idem faceres; magis in rem & noſtram & veſtram id eſſet.*

*Nunc video, in illarum* (matris & filiæ)*poteſtate eſſe te. Hec. 2. 2.*

*Aliud fortaſſe aliis vicij eſt: Ego ſum animo leni na-Non poſſum adverſari meis. Hec. 2. 2.* (*tus.*

*Hunc videre ſæpè optabamus diem,*

*Cùm ex te eſſet aliquis, qui te appellaret patrem.*

*Evenit: habeo gratiam diis:* (DEO) *Hec. 4. 4.*

*Quantâ me curâ & ſolicitudine afficit*

*Gnatus! qui me & ſe hiſce impedivit nuptiis!*
*Phor. 2. 4.*

## Parentum ſeveritas: ac Educationis Liberorum Difficultas & Moleſtia.

*Sed nunc ea me exquirere,* (Ironia)

*Iniqui patris eſt. Nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet.*

*Dum*

*Dum tempus ad eam rem tulit, ſivi; animum ut ex-*
*pleret ſuum.*
*Nunc hæc dies aliam vitam affert, alios mores*
*poſtulat.*
*Dehinc poſtulo, ſive æquum eſt, te oro, Dave, ut red-*
*eat jam in viam. And. 1. 2.*
*Si propter amorem, uxorem nolit ducere:* (filius)
*Ea primùm ab illo animadvertenda injuria eſt.*
*And. 1. 1.*
*Cùm id mihi placebat:* (filium poſſe habere
jam ſuæ vitæ modum) *tum uno ore o-*
*mnes omnia*
*Bona dicere, & laudare fortunas meas:*
*Qui gnatum haberem, tali ingenio præditum.*
*Quid verbis opus eſt? Hac famâ impulſus Chremes,*
*Ultrò ad me venit; unicam gnatam ſuam,*
*Cum dote ſummâ, filio uxorem ut daret. And. 1. 1.*
*Hoccine eſt humanum factum aut inceptum?*
*hoccine eſt officium patris?*
*Uxorem decrerat dare ſeſe mihi hodiè. Nonne*
*oportuit*
*Præſciſſe me antè? nonne priùs communicatum*
*oportuit? And. 1. 5.*
*Nam quid ego dicam de patre? ab*
*Tantamne rem tam negligenter agere? præteriens*
*modò* *(quit: para,*
*Mihi apud forum; uxor tibi ducenda eſt hodiè, in-*
*Abi domum. Id mihi viſus eſt dicere: abi citò, &*
*ſuſpende te. And. 1. 5.*
*Gnatus quod pollicitus eſt, haud dubium eſt mihi;*

*Si nolit: quin eum meritò poſsim cogere. And. 3. 2.*
*Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero?*
*Cur meam ſenectutem hujus* (filii) *ſollicito amentiâ? an.*
*Ut pro hujus peccatis ego ſupplicium ſufferam?*
*Imò habeat; valeat; vivat cum illa. P. mi pater.*
*S. Quid mi pater? quaſi tu hujus indigeas patris!*
*Domus, uxor, liberi inventi, invito patre, And. 5. 3.*
*Ubi rem reſcivi; cœpi non humanitùs,*
*Neq; ut animum decuit ægrotum adoleſcentuli,*
*Tractare; ſed vi & viâ pervolgatâ patrum.*
*Cotidiè accuſabam: hem, tibi ne hæc diutiùs*
*Licere ſperas facere, me vivo patre?*
*Erras, ſi id credis; & me ignoras, Clinia.*
*Ego te meum eſſe dici tantiſper volo;*
*Dum quod te dignum eſt facias. Sed ſi id non facis;*
*Ego, quod me in te ſit facere dignum, invenero.*
*Ego iſtuc ætatis, non amori operam dabam.*
*Sed in Aſiam hinc abij, propter pauperiem; atq; ibi*
*Simul rem & gloriam armis belli reperi. Heaut. 1. 1.*
*Ingenio te eſſe in liberos leni puto; &*
*Illum obſequentem: ſi quis rectè aut commodè*
*Tractaret: verum neq; tu illum ſatis noveras;*
*Nec te ille. Hoc ibi ſit, ubi non verè vivitur.*
*Tu illum, nunquam oſtendiſti, quanti penderes;*
*Nec ille tibi eſt credere auſus, quæ eſt æquom patri.*
*Quod ſi eſſet factum; hæc nunquam eveniſſent tibi.*
*In metu eſſe Filium, illi eſt utile. Hea. 1. 2 (Hea. 1. 1.*
*Ut ut erat, manſum tamen oportuit.*
*Fortaſſe aliquantò iniquior erat pater, præter ejus libidinem;*

Pateretur: Nam quem ferret, ſi parentem non fer-
ret ſuum? Heaut. 1. 2.

Quod illum inſimulat durum, id non eſt: nam
parentum injuriæ (bilis
Uniusmodi ſunt fermè, (paulò qui eſt homo tolera-
Scortari crebrò nolunt: nolunt crebro convivarier:
Præbent exiguè ſumtum: & ea ſunt tamen ad vir-
tutem omnia. Heaut. 1. 2.

Quid illum porrò credis facturum, Chreme;
Niſi eum, quantum dij dant tibi opis, ſervas, caſti-
gas, mones?
Atqui nunc, here, hic tibi adverſandus eſt:
Si ſapias: nam mihi jam minus minusq; obtempe-
rat. Heaut. 3. 3. (eſt Heaut. 4. 1.

Si puellam ſuſtuliſti: Ergo herus [a] damno auctus
Minas quidem jam decem habet à me filia:
Quas pro alimentis eſſe nunc duco datas.
Haſce ornamentis conſequentur alteræ.
Porrò, hæc talenta dotis appoſcent duo.
Quàm multa juſta injuſta fiunt moribus?
Mihi nunc, relictis rebus, inveniundus eſt
Aliquis, labore inventa mea cui dem bona. He. 4. 7.

[a] ἀκυρολογία impia. Wie jener ſagte: Beſſer ein Kalb denn ein Kind. Incommoda è filiabus. Mundi pravitate.

Filius, ita ut liberos eſt æquom, dictis confutabi-
Sed Syrum adeò exornatum dabo, (tur.
Adeò depexum, ut dum vivat, meminerit ſemper
mei. Heaut. 5. 1.

Ne ad patrem hoc aliquâ permanet: atq; ego
Perpetuò perierim. Ad. 2. 4. (tunc

Domi habuit, unde diſceret. D. Fit ſedulò
Nihil prætermitto; conſuefacio: deniq;

Quaſi magiſter, ſervus pædagogus.

*Inſpicere, tanquam in ſpeculum, in vitas omnium*
*Jubeo; atq; ex aliis ſumere exemplum ſibi. Ad. 3. 4.*
*O Aeſchine, pol haud paternum iſtuc dediſti.*
*Adel. 3. 5.*

a Archaiſmus in caſu. b Archaiſmus in ſyntaxi.

*Hoc [a] fructi pro labore ab his* (filiis) *fero;*
*Odium. Ille alter* (Mitio) *ſine labore, [b] patria potitur commoda.*
*Illum amant: me* ( Demeam ) *fugitant: illi credunt conſilia omnia.*
*Illum diligunt: apud illum ſunt ambo: ego deſertus (ſum.*
*Illum, ut vivat, optant: meam autem mortem expectant ſcilicet.*

c Archaiſmus.

*Ita eos meo labore eductos maxumo, hic fecit ſuos*
*Paulo ſumtu. Miſeriam omnem ego capio: hic [c] potitur gaudia. Ad. 5. 4.*
*Si ob eam rem vobis mea vita inviſa eſt,*
*Quia non juſta, injuſta prorſus omnia, omninò obſequor:*
*Miſſa facio; effundite, emite, facite, quod vobis lubet.*
*Sed ſi id voltis potiùs; quæ vos propter adoleſcentiā*
*Minus videtis, magis impensè cupitis, conſulitis parum;* *(loco.*

Alii, ſecundare.

„ *Hæc reprehĕdere & corrigere me, & obſecundare in*
*Ecce me, qui id faciam vobis. Ad. 5. 9.*
*Abeuntes ambo hinc tum ſenes, me filiis*
„ *Relinquunt* quaſi magiſtrum *D. O Geta, pro-*
„ *vinciam*

Newe Beſem kehren wol.

*Cepiſti duram. G. mihi uſu venit; hoc ſcio.*
*Memini relinqui me, DEo irato meo.*
[d] *Cæpi adverſari primò: quid verbis opus eſt?*

*Seni*

Seni fidelũ dum ſum, ſcapulas perdidi.
Venere in mentem iſtæc mihi: namq; inſcitia eſt, "
Advorſum ſtimulum calces. G. Cœpi his omnia "
Facere; obſequi quæ vellent. D. Sciſti uti foro. Ph. 1. 2.
Abeat potiùs, malo, quovis gentium filius;
Quàm hic per flagitium ad inopiam redigat patrem. Heaut. 5. 1.
Ego verò, quamobrem id facias, neſcio.
Ch. Egone? ut ejus animum, qui nunc luxuriâ & laſciviâ (ſciat.
Diffluit, redundam, redigam, ut, quò ſe vortat, ne-
Mitte, ac ſine me in hac re gerere mihi morem.
Hic ita, ut liberos eſt æquom, dictis confutabitur.
Quid me incuſas, Clitipho? ( Heaut. 5. 1.
Quicquid ego hujus feci, tibi proſpexi & ſtultitiæ tuæ. (tia
Ubi te vidi eſſe animo omiſſo; & ſuavia in præſen-
Quæ eſſent, prima habere, neq; conſulere in longitudinem: (perdere.
Cepi rationem, ut neq; tu egeres, neq; ut hæc poſſes
Ubi, cui decuit primò (res familiaris) tibi non licuit per te mihi dare;
Abij ad proximos (hæredes) tibi qui erant: eis commiſi, & credidi.
Ibi tuæ ſtultitiæ ſemper erit præſidium. Clitipho;
Victus, veſtitus; quò in tectum te receptes.
Satiùs eſt, quàm te ipſo hærede hæc poſſidere Bacchidem. Heaut. 5. 2.
Dum tu iſtis fuiſti ſolus; dum nulla alia delectatio.

*Quæ propior eſſet: te indulgebant: tibi dabant:*
*nunc filia* (*te expellerent.Heaut.5.2.*
*Poſtquam eſt inventa vera; inventa eſt cauſſa,quâ*
*At ego,ſi me metuis, mores cave in te eſſe iſtos*
*ſentiam.* (*fraus,heluo,*
Clit.*Quos?* Ch.*Si ſcire vis,ego dicam: gerro,iners,*
*Ganeo,damnoſus. Crede. Heaut.5.4.*
*Non, ſi ex capite ſis meo* (*cauſâ magis*
*Natus, item, ut ajunt, Minervam eſſe ex Jove, eâ*
*Patiar, flagitiis tuis me infamem fieri.*
*Quæris id, quod habes, parentes: quod abeſt, non*
*quæris, patri* (*venerit.Heaut.5.4.*
*Quo modo obſequare,& ut ſerves,quod labore, in-*
*Nimium Demea durus eſt, præter æquomq́ &*
„ *Et errat longè: meâ quidem ſententiâ;* (*bonum:*
„ *Qui imperium credat gravius eſſe aut ſtabilius,*
„ *Ut quod ſit; quàm illud,quod amicitiâ adjungitur.*
„ *Mea ſic eſt ratio, & ſic animum induco meum:*
„ *Malo coactus qui ſuum officium facit;*
„ *Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cavet:*
„ *Si ſperat fore clam; rurſum ad ingenium redit.*
„ *Ille,quē beneficio adjungas,ex animo facit.* (*Ad.1.1.*
„ *Studet par pari referre; præſens abſensq́ idem erit.*
*Sineres verò tu illum tuum facere hæc?*
D. *Sinerem? an non ſex totis menſibus*
*Prius olfeciſſem, quàm ille quicquam* [a] *cœperet?*
S.*Vigilantiam tuam tu mihi narras.* D.*ſic ſiet*
„ *Modò,ut nunc eſt,quæſo.* S. *ut quiſq́ ſuum vult eſ-*
„ *ſe, ita eſt. Ad. 3. 4.*
*Præceptorum plenus iſtorum ille.* Phy.

a Antiquum

*Domi*

*Domi habuit, unde diſceret. Ad. 3. 4.*

*Bonas, me abſente, hîc confeciſtis nuptias.*

Ph. *Ehò, an tu ſuccenſes nunc illi?*

*Egone illi non ſuccenſeam? ipſum geſtio*

*Dari mihi in conſpectum: nunc ſuâ culpâ ut ſciat,*

*Lenem patrē illum, factum me eſſe acerrimū. P. 2. 1.*

## Obedientia liberorum & Pietas in Parentes: ϛοϱγὴ.

D. *Si tu negaris ducere uxorem: ibi culpam in te transferet.*

*Tum illæ turbæ fient.* P. *quidvis patiar.* D. *pater eſt;*

*Difficile eſt; (patri reſiſtere) And. 2. 2.*

*Patri dic, velle (te) ut cùm velit, tibi jure iraſci non queat. And. 2. 2.*

Man kan die Eltern nicht beſſer vexieren/ denn man thue/ was ſie wollen/ ſo ferne es nicht wider Gott vñ Gottes Wort iſt.

*Pamphile.* P. *ehem pater.* S. *hodie uxorem ducas, ut dixi, volo.*

P. *Neq; iſtic, neq; alibi tibi uſq; erit in me mora.*

S. *Facis, ut te decet, cùm iſtuc quod poſtulo, impetro cum gratia. And. 2. 4.*

*Tibi, pater, me dedo: quidvis oneris impone; impera.*

*Vis me uxorem ducere; hanc vis amittere?*

*Ut potero feram And. 5. 9. (do victus eſt.*

*Adeò res rediit: ſæpè eadem & graviter audien-*

*Putavit, me ætate & benevolentiâ*

*Plus ſcire & providere, quàm ſeipſum ſibi. Hea. 1. 1.*

Das Ey ſol nicht klüger ſeyn als die Henne.

For-

*Fortaſſe aliquantò iniquior erat pater, præter ejus* (filii) *libidinem.*
*Pateretur. Nam quem ferret, ſi parentem non ferret ſuum?*
*Hunccinè* (patrem) *erat æquum, ex illius* (filii) *more. an illum ex hujus vivere? Heaut. 1. 2.*
*Dedo patri me nunc jam, ut frugalior ſim, quàm volt. Heaut. 4. 3.*
*Quo ore appellabo patrem? quid dicam? quam cauſſam afferam? Heaut. 4. 3.*
*Pater egreditur. Cave. Obſecundato in loco.*
*Quod imperabit, facito. Loquitor paucula. Hea. 4. 6*
*Qui mentiri aut fallere inſuevit patrem, aut Audebit: tantò magis audebit cæteros. Adel. 1. 1.*
*Eſt diis gratia:* (DEO) *cùm ita, ut volo, eſt filius. Adel, 1. 2.*
*O Aeſchine, pol haud paternum iſtuc dediſti. Ad. 3. 5*
*Quid hoc eſt negocij? hoc eſt, patrem eſſe? aut hoc eſt, filium eſſe?*
*Hic non amandus? hiccinè non geſtandus* (pater) *in ſinu eſt?*
*Itaq; adeò magnam mihi injecit ſuâ commoditate curam,* *(cavebo. Adel. 4. 5.*
*Ne fortè imprudens faciam, quod nolit. Sciens*
*Dij me, pater, omnes oderint; ni magis te, quàm oculos nunc ego amo meos. Ad. 4. 5.*
Ein frommer Sohn ſol ſeinen frommen Vater vnd Mutter viel höher halten/als ein Auge.
*Tibi, pater, permittimus.* Plus ſcis, quid opus

Facto

Facto ſit. *Adel. 5. 9.*

*Nunquam auſus ſum, recuſare eam* (uxorem) *quam mihi obtruſit pater. Hec. 3. 1.*

*Matris ferre injurias, me pietas jubet. Hec. 3. 1.*

*Quod potero faciam: tamen ut pietatem colam.*

*Nam me parenti potiùs, quàm amori obſequi*

*Oportet. Hec. 3. 4.*

*Nunc me pietas, matris potiùs commodum ſuadet ſequi. Hec. 3. 5.*

*Ad aureis haud invitè ſermo mihi acceßit tuus:*

*Cùm te poſtputaſſe omnes res præ parente, intelligo. Hec. 3. 5.*

*Matris ſervibo commodis. Hec. 3. 5.*

*Egi atq; oravi tecum, Pamphile, uxorem ut duce-*

*Tempus dixi eſſe: impulſu duxiſti meo. (res.*

*Quæ tū, obſecutus mihi, feciſti ut decuerat. Hec. 4. 4.*

*Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diverſè trahunt:*

*Amor, miſericordia hujus, nuptiarum ſolicitatio.*

*Tum patris pudor: qui me tam leni paſſus eſt animo uſq; adhuc,*

*Quæ meo cunq; animo lubitum eſt facere.*

*Ei ne ego ut adverſer? And. 1. 5.*

*Ni metuam patrem; habeo, illum quod moneam, probè. And. 5. 4.*

*Puto, filium eſſe obſequentem, ſi quis rectè aut commodè tractaret. Heaut. 1. 1.*

## Inobedientia contumacium Liberorum: & hujus Pœna.

Chre-

*Chreme, pietatem gnati.* (ironicè: at ſeria querela) *nonne te miſeret mei?*
*Tantum laborem capere, ob talem filium!* (*And. 5. 2.*
*Age Pamphile: exi Pamphile. Ecquid te pudet.*
*Adeò impotenti eſſe animo, ut præter civium*
*Morem atq; legem, & ſui voluntatem patris,*
*Tamen hanc habere ſtudeat, cum ſummo probro!*
*And. 5. 3.* (judices?
*Quàm iniqui ſunt patres in omnes adoleſcentes*
*Qui æquum eſſe cenſent, nos jam à pueris illicò naſci ſenes:*
*Neq; illarũ affines eſſe rerũ, quas fert adoleſcentia.*
*Ex ſuâ libidine moderantur, nunc quæ eſt, non quæ olim fuit. Heaut. 2. 1.*
*Næ ille haud ſcit, quàm mihi nunc ſurdo narret fabulam. Heaut. 2. 1.* (minùs obſequens.
*Propter puellã in ſũmâ infamia ſum, & meo patri*
Fructus inobedientiæ. *Cujus nunc pudet me & miſeret; qui harum mores cantabat mihi;*
*Monuiſſe fruſtrà: neq; potuiſſe eum unquam ab hac me expellere.*
*Quod tamen nunc faciam. Tum, cùm gratum mihi eſſe potuit, nolui.*
*Nemo eſt miſerior me. Heaut. 2. 3.*
Rewe beiſſet endlich /
Wol dem / der bey zeit vmbkehret.
*Atqui nunc, here, hic tibi aſſervandus eſt, ſi ſapias.*
*Nam mihi jam minùs minusq; obtemperat. Hea. 3. 3*
,, *Qui mentiri aut fallere inſuevit patrem, aut*
,, *audebit; tantò magis audebit cæteros. Adel. 1. 1.*

*Nam quid hîc agas? ubi, ſi quid benè præcipias, nemo obtemperat. Adel. 3. 5.*

*Utinam quidem pater (quod cum ſalute ejus fiat) ita ſe defatigarit (ruri)* Frommer Sohn / hinterſich.

*Ut triduo hoc perpetuo prorſum è lecto nequeat ſurgere. Adel. 4. 1.*

*Itáne tandem uxorem duxit Antipho injuſſu meo?*
*Nec meum imperium: age, mitto imperium: non ſimultatem meam*
*Revereri ſaltem? non pudere? ô facinus audax.*
*O Geta monitor. Phor. 2. 1.*

*Quod te abſente hic filius*
*Egit, reſtitui in integrum, æquum eſt & bonum.*
*Et id imperabis. Phor. 2. 4.*

## Mutatio rerum: Vices ac viciſſitudines temporum.

*Hæc dies aliam vitam affert; alios mores poſtulat. And. 1. 2. 45.*

Es gehet aus einem andern Faſſe.
Es iſt aus / daß man den Speck auff Kolen brät.

*Omnium rerum heus viciſſitudo eſt.*

Alle ding eine weile.

*Age, modò nunc tibi patent fores hæ.*
*Sine, biduum hoc prætereat:*
*Qui mihi nunc uno digitulo fores aperis fortunatus:*
*Næ tu iſtas, ſaxo, calcibus ſæpè inſultabis fruſtrà. Eun. 2. 2.*

Wer weis / wer den letzten begräbet.

Aman-

Amantium amentia: Amoris amentia, & turpitudo & peſtis.

*Iſthæc inceptio amentium eſt, non amantiũ. And. 1. 3.*

*Quantò ſatiùs eſt, te id dare operam, quî iſtum amorem ex animo dimoveas tuo:*

*Quàm id loqui, quo magis libido fruſtrà incendatur tua. And. 2. 1.*

*Facilè haud fermè mulieri fidelem invenias virum. And. 3. 1.*

*Amantium iræ amoris redintegratio eſt. And. 3. 3*

Die gramen die ſich namen.

*Quæ res in ſe neq; conſilium, neq; modum*
" *Habet ullum: eam conſilio regere non potes.*
" *In amore hæc omnia inſunt vicia; injuriæ,*
" *Suſpiciones, inimicitiæ, induciæ,*
" *Bellum, pax rurſum: incerta hæc ſi tu poſtules*
" *Ratione certâ facere; nihilò plùs agas,*
" *Quàm ſi des operam, ut cum ratione inſanias.*
" *Nunc ego me miſerum eſſe ſentio: (Eu. 1. 1.*
*Et tædet: & amore ardeo: & prudens, ſciens,*
*Vivus vidensq; pereo: nec, quid agam, ſcio.*
Pa. *Quid agas? niſi ut te redimas captum, quàm queas*
*Minimo: ſi nequeas paululo: at quanto queas.*
*Et ne te afflictes.* Ph. *Itane ſuades?* P. *Si ſapis;*
" *Neq; præter, quàm quas ipſe amor moleſtias*
" *Habet, addas: & illas quas habet, rectè feras. Eu. 1. 1*
*Siquidē me amaret, tum iſtuc prodeſſet, Gnatho.*
G. *Quando illud, quod tu das, expectat atq; amat;*

*Jam.*

*Jamdudum amat te; jamdudum illi facilè ſit,* Liebe an der ſeiten / da der Beutel hanget.
*Quod doleat: metuit ſemper, quem ipſa nunc capit*
*Fructum, ne quando iratus tu aliò conferas.* Eu. 3. 1.

Wenn die Katze auffm Speck ſitzet / ſo hat ſie das Holtz lieb / daran der Speck hanget.

*Dij boni, quid hoc morbi eſt? Adeon' homines mutarier (fuit*
*Ex amore, ut non cognoſcas, eundem eſſe? hoc nemo*
*Minùs ineptus, magis ſeverus quisquam, nec magis continens.* Eun. 2. 1. Liebe macht Lappen / Des Tuchs find man viel Kappen.

*Quid tu es triſtis? quidve es hilaris?*
*Unde is? Egone? neſcio hercle, unde eam, neq; quorſum eam.*
*Ita prorſum oblitus ſum mei.*
*Qui quæſo? amo.* Eun. 2. 3. (5. 9.

*Quantò minùs ſpei eſt, tantò magis amo.* Eun.

*Novi ego amantium animos: advertunt graviter, quæ non cenſeas.* Heaut. 3. 3.

*Cum milite iſto præſens, abſens ut ſies.*
*Dies noctesq; me ames: me deſideres:*
*Me ſomnies; me expectes; de me cogites:*
*Me ſperes; me te oblectes; mecum tota ſis;*
*Meus fac ſis poſtremò animus; quando ego ſum tuus.*
Eun. 1. 2. (And. 4. 1.

*Poſtquam me amare dixi, complacita eſt tibi.*

## Forma, Venuſtas, Pulchritudo formæ.

*Forma & ætas utiles* (inutiles) *ad pudicitiam.* And. 1. 5.

*Aedepol te laudo, & fortunam judico,*
„ *Id cùm ſtuduiſti, iſti formæ mores ut conſimiles fo-rent. Heaut.2.4.*
*Formâ impulſi noſtrâ, nos amatores colunt:*
*Hæc ubi immutata eſt; illi ſuum animum aliò con-ferunt. Heaut.2.4.*

## Patientia: Tolerantia: αὐτάρκεια præſentis fortunæ.

Strecke dich nach der Decke.

*Qvæſo ædepol, qvoniam non poteſt id fieri, qvod vis*
*Id velis, qvod poſſit. And.2.1.*
*Qvid vos? qvo pacto hic? ſati'ne rectè? ſic*

Wer jhm gnúgen leſt/ hat gnug.

*Ut qvimus, ajunt; qvando, ut volumus, non licet. An. 4.5.*
*Non tu tuum malum æqvo animo fores? An.5.4*

Gedult vberwindet alles.

*Neq, præterqvam qvas* (amor) *moleſtias*
*Habet, addas: & illas, qvas habet, recte feras. Eu.1.1*
*Ehò, ſcis, & patere?* M. *qvidni patiar?* D. *dic mihi:* (melius factum.)
*Non clamas? non inſanis?* M. *non: malim qvidem:*
D. *Qvid nunc futurum eſt?* M. *Id enim, qvod res ipſa fert. Ad.4.7.*
„ *Placet tibi factum, Mitio?* M. *non, ſi qveam*
„ *Mutare: nunc cùm non qveo; æqvo animo fero Ad.4.7*

Leidlich träglich.

*Non tute incommodam rem, ut qvæq; eſt, in animum inducas pati?*
*Si cætera ſunt ita, ut tu vis, itaq; ut eſſe ego illa exiſtimo. Hec.4.2.*

Ein Mann ſol leiden.

*Qvod ſors feret, feremus æqvo animo. Phor.1.2.*
*Qvin, qvod eſt ferendum, fers: tuis factis dignum feceris. Ph.2.3.*

Te

*Te oro, ut alia facta tua ſunt, æqvo animo hoc feras.* Weiber ſind rachgierig.
Nau. *Qvid ego æqvo animo? cupio miſera in hac re jam defungier. Ph. 5, 8.*

## Conſilium; Conſulere; conſultare; Deliberatio.

*Facilè omnes, cùm valemus, recta conſilia ægrotis damus.*
*Tu ſi hic ſis, aliter ſentias. And. 2. 1.*

In eines andern Haut iſt zu ſchneiden/wie in einem Filtzhut.

*Deceptus ſum: at non defatigatus.*
*Hâc non ſucceßit: aliâ adgrediamur viâ:*
*Niſi id putas: qvia primò proceßit parum:*
*Non poſſe jam ad ſalutem converti hoc malum.*
P. *Imò etiam: ſatis credo, ſi advigilaveris. And. 4. 1.*
*Quæ res neq; conſilium in ſe, neq; modum*
*Habet ullum, eam conſilio regere non potes. Eun. 1. 1.* "
*Vide ne nimium calidum hoc ſit modò. Eun. 2. 3.* "

Daß wir vns nur nicht verbrennen. Daß wirs nur nicht zu grün abbrechen.

*Conſilium qvod cœpi, rectum eſſe & tutum ſcio. Heaut. 4. 3.*
*Huic equidem conſilio palmam do: hoc me magnificè effero.*
*Qvi vim tantam in me & poteſtatem habeo tantæ aſtutiæ:*
*Vera dicendo ut eos ambos fallam. Heaut. 4. 3.*
*Tu fortaßis quid me fiat, parvipendis, dum illi conſulas. Heaut. 4. 3.*
*Non'ne id flagitium eſt, te aliis conſilium dare?*

*Foris ſapere? Tibi non poſſe te auxiliarier? Hea. 5.1.*
*Non minuam meum conſilium. Ex uſu quod eſt, id perſequar. Hec. 4.3.*
*Ego ampliùs deliberandum cenſeo. Res magna eſt. Ph. 4. 2.*
*Egeſtas me impulit, ut id conſulerem: interea vita ut in tuto foret. Ph. 5. 1.*
*Cedò ſenem: jam inſtructa ſunt mihi in corde conſilia omnia: ut in me omnem iram derivem ſenis. Ph. 2. 2.*

## Amor ſui, φιλαυτία.

*Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi? heus!*
*Proximus ſum egomet mihi. And. 4. 1.*
Das Hembde iſt mir näher als der Rock.
*Verum illud verbum eſt, vulgò quod dici ſolet:*
Omnes ſibi malle melius eſſe, qvam alteri. *And. 2. 4.*
*Principio, ego vos ambo credere hoc mihi vehementer velim:*
*Me, qvicqvid hujus faciam, id facere maximè cauſſâ meâ. Eun. 5. 9.*
*Idem ſi vobis prodeſt, vos non facere, inſcitia eſt. Eun. 5. 9.*

## Conjugium. Hujus bona & mala: Conjuges: Conjugum officia & mores.

*Omnes qvi amant, graviter ſibi dari uxorem ferunt. And. 1. 2.*

Ego propter me, illam decipi miſeram ſinam?
Quæ mihi ſuum animum, atq; omnẽ vitam credidit:
Quã ego animo egregiè charã pro uxore habuerim:
Benè & pudicè ejus doctum atq; eductum ſinam,
Coactum egeſtate ingenium immutarier?
Non faciam. And. 1. 5.
Ego per hanc te dextram oro, & genium tuum;
Per tuam fidem, perq; hujus ſolicitudinem.
Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras:
Si te in germani fratris dilexi loco;
Sive hæc te ſolum ſemper fecit maxumi:
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.
Te iſti virum do; amicum, tutorem, patrem.
Bona noſtra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei.
P. Accepi: acceptam ſervabo. M. Ita ſpero quidem. And. 1. 5.
Uxorem his moribus (impiis meretriciis) dabit nemo. And. 2. 2.
Uxorem demus. Spero, conſvetudine,
Et conjugio liberali devinctum (filium)
Dehinc facilè ex illis ſeſe emerſurum malis. And. 3. 3.

Dem Wolff ein Weib. Wird kürre werden.

Per omnes tibi adjuro deos: nunqvam eam me deſerturum: (mines. And. 4. 2.
Non, ſi capiundos mihi ſciam eſſe inimicos omnes ho-
Periculum in filia fieri, grave eſt. And. 3. 3.
Mi vir, primùm hoc te oro: ne quid credas me advorſus edictum tuum νόημα.
Facere eſſe auſam. Ch. vin', me iſtuc tibi, etſi incredibile eſt, credere?

Credo. Syr. Neſcio, qvid peccati portat hæc purgatio. Heaut. 4. 1.

γνῶμαι. Nihil uxorem adverſus edictum mariti facere eſſe auſam, incredibile eſt. Et:

Purgatio ante excuſationem, portat qvid peccati.

Selb ſchüldig zu machen/ iſt verdächtig.

Geltfreyet/ Iſt nur geheyet. Nihil dos nos movet.

Chr. Duo talenta, pro re noſtrâ, ego eſſe decrevi ſatis. Heaut. 5. 1.

Weiber Klugheit. Oh, pergin' mulier eſſe? ullam'næ ego

Rem unqvam volui, qvin tu in ea re mihi fueris adverſatrix, Soſtrata?

At ſi rogitem iam; qvid eſt qvod peccem? aut qvamobrem hoc faciam? neſcias.

In qvâ re nunc tam confidenter reſtas, ſtulta? So. Ego neſcio.

Ch. Imò, ſcis potiùs; qvàm qvidem redeat ad integrum eadem oratio. Heaut. 5. 3.

Profectò hoc verè dicunt: ſi abſis uſpiam;

Aut ubi ſi ceſſes; evenire ea ſatiùs eſt,

Frommer Vater iſt ſorgfeltiger für den Sohn/ denn ein Weib für den Mann.

Qvæ in te uxor dicit, & qvæ in animo cogitat

Irata; qvàm illa, qvæ parentes propitij.

Vxor; ſi ceſſes; aut te amare cogitat,

Aut tete amari; aut potare; aut animo obſeqvi.

Tibi benè eſſe ſoli; cum ſibi ſit malè.

Ego, qvia non redijt filius, qvæ cogito?

Qvibus nunc ſolicitor rebus? ne aut ille alſerit:

Aut uſpiam ceciderit; aut perfregerit aliquid. Ad. 1. 1.

Solus maritus mearum eſt miſeriarum remedium. Adel 3. 1.

Per

Per omnes te adiuro Deos, nunqvam eam me deſerturum. (homines. Eheliche Trew.
Non; ſi capiundos mihi ſciam eſſe inimicos omnes
Hanc mihi expetivi; contigit; conveniunt mores, Valeant,
Qvi inter nos diſcidium volunt. Hanc niſi mors, mihi adimet nemo. And.4.2.

Abi domum, Aeſchine, ac deos comprecare, ut uxorem acceſſas: Abi. Junge Eheleute ſollen beten.
Ae. Abi, pater, tu potiùs deos comprecare. Nam tibi eos certò ſcio, (magis. Ad.4.5.
Quò vir melior multò es, quàm ego, obtemperaturos

Duxi uxorem: Qvam ibi miſeriam vidi! nati filij. Eheſtand Weheſtand Schola crucis.
Alia cura. Porrò autem, dum ſtudeo, illis ut qvàm plurimum (meam.
Facere; contrivi in quærendo vitam ac ætatem
Nunc exactâ ætate, hoc fructi pro labore ab his fero,
Odium. Meam mortem expectant. Ad.5.4.

Habeat: in iſtac finem faciat. Ad 5.9. Da ſol er kürre werden.

Pater, uxorem ut ducat, orare occipit. Eltern ſollen den Kindern freyen.
Et hæc, communia omnium qvæ ſunt patrum:
Seſe ſenem eſſe, dicere: illum autem eſſe unicum
Præſidium velle ſe ſenectuti ſuæ. Hec.1.2.

c c

Hæc (Philumena) ita uti liberali eſſe ingenio decet; Dotes uxoris bonæ. Wormit ſein verſtendig Weib den Mañ zwinget.
Pudens, modeſta; incommoda atq; injurias
Viri omneis ferre, & tegere contumelias.
Hic animus partim uxoris miſericordiâ
Devictus; partim victus meretricis injuriis;

*Paulatim elapſus eſt Bacchidi; atq; huic tranſtulit,*
*Amorem, poſtqvam par ingeniũ nactus eſt. Hec.1.2.*
*Paterne indotatam virginem atq; ignobilem,*
*Daret filio? nunqvam faceret. Phor. 1. 2.*

Ein from Weib iſt aller Ehren werth.

*Uxori obnoxius ſum: ita olim ſuo me ingenio pertulit. (Hec. 3. 1.*
*Tot meas injurias, qvæ nunqvã in illo patefecit loco.*
*Quo'nam modo, Philumena mea, nunc te offendam affectam?*
*Nam ſi periculum ullum in te eſt, periiſſe me unà haud dubium eſt. Hec. 3. 1.*
*Socrus mores tolerat ſuâ modeſtiâ nurus. Hec. 3. 5.*

Herr Sieman.

*Uxor qvid faciat, in manu non eſt meâ. Hec. 4. 4.*
*Egi atq; oravi tecum, Pamphile uxorem ut duceres.*
*Tempus dixi eſſe: impulſu duxiſti meo.*
*Qvæ tum, obſecutus mihi, feciſti ut decuerat. He. 4. 4.*
*Rectè amaſti, Pamphile, uxorem tuam.*
*Perliberalis viſa eſt. Hec. 5. 4.*

Eltern ſorgfeltigkeit.

*Omnes, cùm ſecundæ res ſunt maxumè; tum maxumè*
*Meditari ſecum oportet, qvo pacto advorſam ærumnam ferant;*
*Pericla, damna, exilia; peregrè rediens ſemper cogitet*
*Aut filii peccatum; aut uxoris mortem, aut morbum filiæ*
*Communia eſſe hæc: fieri poſſe: ut ne qvid animo ſit novum. Phor. 2. 1.*

Dem Rauch entweichen.

*Vereor, ne uxor aliquà hoc reſciſcat mea.*
*Qvod ſi ſit, uti me excutiam, atq; egrediar domo,*
*Id reſtat, nam ego meorum ſolus ſum meus. Phor. 4. 1.*

Parvi

*Parvi retulit, non ſuſcepiſſe,* ( filiam )
*Inventa eſt, qvæ dotem petat. Phor. 4. 3.*

*Concluſam hic habeo uxorem ſævam.* (*rü*
*Eò perperam olim dixi, ne vos fortè imprudentes ſo-*
*Effutiretis: atq; id porrò aliqvâ uxor mea reſciſce-*
*ret. Phor. 5. 1.*

Weiber ſol man nicht alles wiſſen laſſen.

*Pol, minùs qveo, viri culpa, qvàm me dignum eſt.*
*Qvia pol mei patris benè parta indiligenter*
*Tutatur* (maritus prodigus) *Nam ex his præ-*
*dijs talenta argenti bina*
*Statim capiebat. Hem, vir viro qvid præſtat?*
*Ac rebus vilioribus multò: tamen duo talenta.*
*Qvid hæc videntur? virum me natam vellem.*
*Egò oſtenderem. Phor. 5. 3.*

Reich Weib wil Herr ſeyn.

Virago: at materfamiliâs: & prudens; nec illiberalis.

*Qvi erit rumor populi? olim cùm honeſtè potuit;*
*tum non eſt data.*
*Nunc viduam extrudi, turpe eſt. Ph. 5. 8.*

*Ne alteram qvidem illam poterò ducere.*
*Nam qvo redibo ore ad eam, qvam contemſerim?*
*Ph. 5. 8.*

*Jam ſupplicij ſatis eſt mihi.*
*Habet hæc, ei qvod, dum vivat, uſq; ad aurem obgan-*
*niat. Ph. 5. 9.*

## Fraus; Dolus; Techna; Fallacia; Impoſtura; Deceptio.

Vide ſervorum arteis.

*Seni verba dare difficile eſt* (*ciam.*
*Me infenſus ſervat, ne qvam faciam in nuptijs fall-*
*Si ſenſerit, perij. And 1. 3.* Reibe dich an keinen alten Keſſel.

O Dave, itáne contemnor abs te? aut itáne tam idoneus (dolis!
Tibi videor eſſe, qvem tam apertè fallere incipias
Saltē accuratè, ut metui videar; certè ſi reſciverim.
D. Certè hercle, nunc hic ſe ipſius fallit; haud ego. S.
Edixin' tibi? (retulit? And. 3. 2.
Interminatus ſum, ne faceres? num veritus? qvid
Si ſenſero, hodie qvicqvam in his te nuptijs
Fallaciæ conari, qvò fiant minus:
Aut velle in ea re oſtendere, qvàm ſis callidus;
Verberibus cæſum te in priſtinum, Dave, dedam, uſq; ad necem And. 1. 2.

Buben ſind Buben.

Phryx plagis. Den Knechten die Peitſche.

Qvidvis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar.
Vbivis faciliùs paſſus ſim, qvàm in hac re, me deludier
Sed dico tibi ne temere facias; neq; tu haud dicas, tibi non)
Prædictum: cave. And. 1. 2.

Von Buben kömpt man ſchwerlich vnbetrogen.

Vulgus ſervorum facit, dolis ut heros deludant.
Fallacia alia aliam trudit. And. 4. 4. (And. 3. 4.
Parmenonis tam ſcio eſſe hanc technam, qvàm me vivere. Eun. 4. 4.

Næ ego te, ſi uſus veniat, magnificè, Chreme,
Tractare poſſim. De iſtoc, cùm uſus venerit,
Videbimus, qvid opus ſiet. Heaut. 3. 2. Man muß ſich vorſehen.

Ein gut Freund/der einen warnet.

Si is me nunc deceperit; ſæpè obſecrans me, ut veniam, fruſtra veniet;
Aut, cùm ventura dixero & conſtituero; cùm is certè
Renunciarit, Clitipho cum ſpe pendebit animi;
Decipiam, ac non veniam. Syrus mihi tergo pœnas pendet.

Weiber Vntrew.

Sy. Sa-

Sy. Satis ſcitè promittit tibi. Heaut.4.4. (turã. Et:
Dic, aliqvo pacto verba me his daturã eſſe; & ven-
Dignam me putas, qvam illudas. Heaut.4.4.
Ita tu iſtæc tua miſceto; ne me admiſceas. Heaut.4.5 — Mit Schälcken unverworren.
Sibi me pro deridiculo ac delectamento putat.
Non auderet hæc facere viduæ mulieri,
Qvæ in me fecit. Heaut. 5.1. (Phædria,
Adeo ne te eſſe incogitantem & impudentem,
Ut phaleratis dictis ducas me, & meam ductes a gratijs! Ph.3.2. (decipit. — a Antiqûum
Sicci'ne hunc decipis? D. imò enimverò hic me
Nam hic me huiuſmodi eſſe ſciebat: ego hunc eſſe aliter credidi. (Ph.3.2. — Grundſchelm.
Iſte me fefellit: ego iſti nihilò ſum aliter, ac fui.
Dictum ſapienti ſat eſt: id eſt, veteratori ad fallendum. Phor.3.3.
Pater venit: ſed qvid pertimui autem bellua?
An qvia, qvos fallam, pro uno duo ſunt mihi dati?
Commodius eſſe opinor, duplici ſpe utier.
Petam hinc, unde à primo inſtitui; is ſi dat, ſat eſt. — Zwickmüle.
Si ab hoc nihil fiat; tum hunc adoriar hoſpitẽ. Ph.4.2
Facinus indignum, ſic circumiri. Ph.4.3.
Hei mihi, Geta; occidiſti me tuis fallaciis. Ph.4 3.
Ehò verbero, aliud mihi reſpondes, ac rogo. Ph.4.4
Solviſti fidem. Etiam nunc me ſubducere iſtis dictis poſtulas? And.4.1.
Eheu, me miſerum, cùm tuum animum ex animo ſpectavi meo. — Wer leichte gleubet / wird leicht betrogen.
Non'ne tibi ſatis eſſe hoc viſum ſolidum eſt gaudiũ:
Niſi me lactaſſes amantem, & falſâ ſpe produceres?
And. 4.1.

Per-

*Perpuliſti me, ut homini adoleſcentulo,*
Die Leute rathen in ihren Kram. *In alio occupato amore, abhorrenti ab re uxoriâ,*
*Filiam darem, in ſeditionem atq; incertas nuptias:*
*Ejus labore atq; ejus dolore, gnato ut medicarer tuo.*
*And. 5. 1.*

## Simulatores: Diſſimulatores: Seria.

Wer einen Schalck wil fangen/ der muß einen Schalck auff das Rohr hangen.

*Quas credis eſſe has, non ſunt veræ nuptiæ.*
SO. *Cur ſimulas igitur?* S. *rem omnem à principio audies.*
*Eo pacto & gnati vitam, & conſilium meum*
*Cognoſces; & quid facere in hac re te velim. An. 1. 1.*
*Tuum eſt officium, has benè ut aſſimules nuptias:*
*Perterrefacias Davum; obſerves filium, quid agat; quid cum illo conſilij capiat. And. 1. 1.*

Zuſagen/ vñ nicht halten/ Iſt unſer Nutz/ wie bey den Alten.

*Hoccine credibile eſt, aut memorabile?*
*Tanta vecordia innata cuiquam ut ſiet?*
*Ut malis gaudeant; atq; ex incommodis*
*Alterius ſua ut comparent commoda? ah*
*Id ne eſt verum? Immò id eſt genus hominum peſſimum; in*
*Denegando, quîs pudor paululum adeſt.*
*Pòſt ubi tempus, promiſſa jam perfici;*
*Tum coacti, neceſſariò ſe aperiunt;*
*Et timent; & tamen res cogit denegare. And. 4. 1.*
*Id voluit, nos ſic nec opinanteis duci falſo gaudio;*
*Speranteis, jam amoto metu; interea oſcitanteis opprimi;*
*Ne eſſet ſpacium cogitandi, ad diſturbandas nuptias:*
*Aſtutè. And. 1. 2.*

*Hoccíné agis? an non? D.Ego vero iſtuc.An.1.2.*

Jſts dein ernſt oder nicht?

*Pater adeſt: cave,te triſtem eſſe ſentiat.An.2.2.*
*Non ſatis pernoſti etiam, qvalis ſim.*

*S.Egóne te? D. ſed ſi qvid narrare occœpi; conti-*
*nuò dari* *And. 3. 2.*
*Tibi verba cenſes.* S. *Falsò* (ſcilicet ironicè)

Frommer Schalck/ Ergſter Bube.

*Eâ gratiâ ſimulavi, vos ut pertentarem.* D. *vide.*
*Nunqvam qvivi ego intelligere. Vah,conſilium cal-*
*lidum. And. 3. 4.*

Hüte dich/ für tans niche.

D. *Occidi.* S. *hem, qvid dixti?* D. *Optimè, in-*
*qvam, factum. And. 3. 4.*

*Paululum intereſſe cenſes; ex animo omnia,* "
*Ut fert natura, facias: an de induſtria. And.4. 4.* "

*Cum Davo egomet vidi jurgantem ancillam;*
*At vero vultu: cùm ibi me adeſſe, neuter tum præ-*
*ſenſerat.*

S. *Credo: & id facturus, Davus dudum prædixit*
*mihi. And. 5. 1.*

*Simulare mortem verbis; re ipsâ ſpem vitæ dare*
*non oportuit. Heaut. 4. 1.*

*Utinam iſtuc verbum ex animo ac verè diceres:*
*Potiùs, qvàm te inimicũ habeam. Si iſtuc crederem*
*Sincerè dici; qvidvis poſſem perpeti. Eun. 4. 2.*

Sihe für dich/ Trew iſt mißlich.

*Ego non ex animo miſera dico? Ibid.* (*larier?*
*Qvid* (malum) *me ætatem cenſes velle id aßimu-*
*Unus eſt dies: dum argentum eripio. Pax: nihil am-*
*plius. Heaut. 4.3.* Biß wir den Beutel reumen.

*Non*

Non ego perpetuùm dicebam illam illi ut dares.
Verùm ut ſimulares. Ch. Non mea eſt ſimulatio.
Egon', cui daturus filiam non ſim, ut ei deſpondeam?
Heaut. 4. 3.

Gerade zu/ macht gute Reuter.
Mit der Warheit ſol man nicht ſchertzen.

Ita dicto opus eſt; ſi me vis ſalvum eſſe, & rem, & filium;
Me mea omnia bona doti dixiſſe illi.
Id mirari se, ſimulato; & illum rogitato ſimul;
Quamobrem id faciam. Heaut. 5. 1.

Ipſe egreditur, qvàm ſeverus. Rem cùm videas, cenſeas. Heaut. 5. 3.

Nec nihil, neq; omnia hæc ſunt, qvæ dicit; tamen
Non nihil moleſta hæc ſunt mihi: ſed oſtendere,
Me ægrè pati, illi nolui. Nam ita eſt homo:
Cum placo; adverſor ſedulò & deterreo:
Tamen vix humanè patitur: verùm ſi augeam,
Aut etiam adjutor ſim ejus iracundiæ;
Inſaniam profectò cum illo. Ad. 1. 2.

Zur ſühne/ das beſte zur ſachen ſagen/
Iſt beſſer denn Kolen zum Fewer tragen.

Non oſtendam, me id velle. Ad. 3. 3.
Senſi illicò, id illas ſuſpicari: ſed me repreſſi tamen:
Ne qvid de fratre garrulæ dicerem; ac fieret palàm.
Adel. 4. 4.

Si non ipſâ re tibi iſtuc dolet;
Simulare certè eſt hominis. Ad. 4. 7.

Man muß an ſich halten. Nicht ſich bloß geben.

*Non'ne ea diſsimulare nos,*
*Magis humanum eſt; qvàm dare operam, id ſcire, qvî nos oderit? Hec.4.1.*
*Qvid, ſi adſimulabo? ſatin' eſt? G. garris: An voltum contemplamini; hem;* Abrichter.
*Satis'ne ſic eſt? G. non. A. qvid? ſi ſic? G. propemodum.*
*A. qvid ſic? G. Sat eſt. Iſtuc ſerva. Phor.1.4.*
*Proinde expiſcare, qvaſi non noſſes. Ph.2.3.*
*Qvaſi non noris; tentatum advenis. Ph.2.3.* Die Leute außholen.
*Metuit hic nos: tametſi ſeriò diſsimulat. Ph.2.3.*
*Viſum eſt mihi, ut ejus tentarem ſententiam:*
*Prendo hominem ſolum, &c. Ph.4.3.*
*Cognatam comperi eſſe nobis. D. quid? deliras? Ch. ſic erit. (tin' ſanus es?*
*Non temerè dico: redi mecum in memoriam. D. Sa-*
*Na. Au obſecro, cave, ne in cognatam pecces. D. non eſt. Ch. ne nega?*
*Patris nomen aliud dictum eſt. Hoc tu erraſti. D. non norat patrem?*
*Ch. Norat. D. cur aliud dixit? Ch. Nunqvam'ne hodie concedes mihi?*
*Neq; intelliges? D. ſi tu nihil narras. Ch. pergis? N. miror, qvid hoc ſiet.*
*D. Eqvidem hercle neſcio. Aut ſcire, aut neſcire hoc volo. Ch. Ah,*
*Ita'ne parum mihi fidem eſſe apud te? D. vin' me hoc credere?*
*Vin', ſatis qvæſitum mihi iſtuc eſſe? age fiat. Phor. 5. 3.*

Quin

Quin tu hinc pollicitationes auſſer; & , quod fers, cedò. Phor. 5.6.

Zwo Hoſen eines Fuchs.

Nebulonem hunc certum eſt ludere.

Plurimâ ſalute Parmenonem

Summum ſuum impertit Gnatho. quid agitur? P. Statur. Gn. video.

Nunquidnam hîc, quod nolis, vides? P. te G. credo: at nunquid aliud?

P. Quidum? Gn. quia triſtis es. P. nihil equidem. G. ne ſis. Sed quid videtur

Hoc tibi mancipium? P. non malum herclè. G. uro hominem. P. ut falſus animi eſt?

Gn. Sex ego te totos, Parmeno, menſes quietum reddam.

Ecquid beo te? P. men'? Papæ. G. Sic ſoleo amicos. P. laudo. Eun. 2.2.

## Schalck / vber Schalck.

## Violentia: Coactio.

Tu coactus tuâ voluntate es. And. 4. 1.

Errat longè, mea quidem ſententia,
Qui imperium credat gravius eſſe aut ſtabilius.
Vi quod fit, quàm illud, quod amicitiâ adjungitur.
Meæ eſt ſic ratio, & ſic animum induco meum:
Malo coactus qui ſuum officium facit,
Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cavet,
Si ſperat fore clam: rurſum ad ingenium redit.
Adel. 1. 1.

Haud vereor; ſi in te ſolo ſit ſitum.
Sed vim ut queas ferre. And. 1. 5.

*Ita erat res, Faciundum fuit. Eun. 1. 2.*

Muß/iſt ein böſe Kraut.

## Eventus conſiliorum & actionum in manu non eſt noſtrâ.

Vide conſilium.

*Tuum eſt, ſi qvid præter ſpem evenit, ignoſcere. Andr. 4. 1.*

*Hâc non ſucceßit: aliâ aggrediendum eſt viâ. An. 4. 1.*

## Eventus bonus ex re malâ.

*Ah neſcis, qvantis in malis verſer miſer.*
*Quantasq; hic ſuis conſiliis mihi confecit ſolicitudines*
*Meus carnifex. And. 4. 1.*

*Sæpè ex hujusmodi re qvapiam, &*
*Malo ex principio magna familiaritas*
*Conflata eſt. Eun. 5. 2.*

Wenn ſich der Marckt vbel anleſt / ſo wird er gerne gut.

*Sed non ſunt facienda mala, ut eveniant bona.*

*E re natâ meliùs fieri haud potuit, qvàm factum eſt, hera:*
*Qvando vitium oblatum eſt: qvod ad illum attinet potißimùm:*
*Talem, tali genere, atq; animo, natum ex tantâ familiâ. And. 3. 1.*

## Meretrices.

*Mirum verò, impudenter mulier ſi facit meretrix. And. 4. 4.*

*Ecce ipſa egreditur, noſtri fundi calamitas:*

*Quæ quod nos capere oportet, hæc intercipit. Eu. 1.1.*

*Meretrices ſunt cruces, quæ adoleſcentes & eorum adoleſcentiam.*

*Habent deſpicatam, & quæ eos ſemper omnibus cruciant modis. Eun. 2. 3.*

*Id verò eſt, quod ego mihi puto palmarium;*
*Me reperiſſe; quomodo adoleſcentulus*
*Meretricum ingenia & mores poſſet noſcere.*
*Maturè ut cùm cognorit, perpetuò oderit.*
*Quæ dum foris ſunt, nihil videtur mundius;*
*Nec magis compoſitum quicquam; nec magis elegans:*
*Quæ cum amatore ſuo cùm cœnant, liguriunt.*
*Eun. 5.4.*

*Audaciam meretricum ſpecta. Eun. 5.6.*

*Mea eſt potens, procax, magnifica, ſumtuoſa, nobilis.*
*Da mihi, atq; offer mihi. Heaut. 2.1.*

*Nos quibus cum res eſt, non ſinunt eſſe bonas.*
*Quippe formâ impulſi noſtrâ, nos amatores colunt.*
*Hæc ubi immutata eſt, illi ſuum animum aliò conferunt.*
*Niſi proſpectum interea aliquid nobis eſt: deſertæ vivimus. Heaut. 2.4.*

*Quid ego tantum ſceleris admiſi miſer? vulgò faciunt. Heaut. 5.2.*

*Nec pol iſtæ* (meretrices) *metuunt deos: neq; has reſpicere deos opinor. Hec. 5.2.*

*Nupta meretrici hoſtis eſt. Hec. 5. 2.*

*Non eſt in rem noſtram, ut quiſq; amator nuptiis lætetur.*
*Verùm ecaſtor, Nunquam animum, quæſti gratiâ ad malas adducam parteis. Hec. 5.3.*

Hoſpes.

## Hoſpes, Peregrinus, Advena.

*Me hoſpitem lites ſeqvi, qvàm hic mihi ſit facilè atq; utile,*
*Aliorum exempla commonent. And. 4. 5.*

## Imperitia; Imperitus.

*Homine imperito nunqvam qvicqvam injuſtius eſt.*
*Qvi, niſi qvod ipſe facit, nihil rectum putat. Ad. 1. 2.*

## Iniqvitas: Injuria.

*Vide, qvàm iniquus ſis præ ſtudio; dum efficias id, qvod cupis:*
*Neq; modũ benignitatis, neq;, qvid me ores, cogitas:*
*Nam ſi cogites; remittas jam me onerare injuriis. And. 5. 1.*
*Non maximas, qvæ maximæ ſunt interdum iræ, (injurias*
*Faciunt: nam ſæpè eſt; qvibus in rebus alius ne iratus qvidem eſt,*
*Cùm de eadem cauſâ eſt iracundus factus inimiciſſimus. Hec. 3. 1.*
*Si id nunc facis, factura'ue es, bonas qvòd par eſt facere:*
*Inſcitum, offerre injuriam tibi; immerenti, iniqvum (eſt.*
*Nam qvi poſt factam injuriam ſe expurget, parum mihi proſit. Hec. 5. 1.*

## Pœna: Animadverſio: Juſta, injuſta.

*Si ſenſerit, ſenex, perij: aut ſi lubitum fuerit, cauſſam ceperit:*

*Quo jure, quaq; iniuriâ, præcipitem me in piſtrinum dabit. And. 1 3.*

a ſervo, b filio. *Age, nunc iam ego pol hodiè, ſi vivo, [a] tibi.*
*Oſtendam, herum quid ſit pericli fallere; & [b] illi patrem. And. 5 2.*

*Pro peccato magno paululum ſupplicii ſatis eſt patri. And. 5.3.*

*Malo quidem me dignum quovis deputem:*
*Intereâ uſq; illi de me ſupplicium dabo.*
*Decrevi, tantiſper me minus iniuriæ*
*Meo gnato facere, dum fiam miſer.*
*Nec fas eſſe, ullâ me voluptate hîc frui;*
*Niſi ubi ille huc ſalvos redierit meus particeps. Heaut. 1.1.*

*Quaſi iſtic minor mea res agatur, qvàm tua.*
*Hic ſi qvid nobis fortè adverſi evenerit;*
*Tibi erunt parata verba; huic homini verbera.*
*Qvapropter neutiqvam hæc res neglectui eſt mihi. Heaut. 2 3.*

*Quæ iſta pravitas? qvævé amentia eſt? qvod peccavi ego, id obeſſe huic?* Ch. *licet.*
*Ne te admiſce: nemo accuſat, Syre, te. Heaut. 5.2.*

*Si qvidem iſtuc impunè habueris!* P. *credo.*
*Sed in diem iſtuc eſt fortaſſe, qvod minitare.*
*Tu jam pendebis, Parmeno. uterq; in te exempla edent. Eun. 5.7.*

*Ni facient, quæ illos æquom eſt; haud ſic auffe-rent. Ad. 3. 5.*

*Scin' tu, ut tibi res ſeſe habeat? ſi quicqvam hodiè hic turbæ cœperis;*

Faci-

*Faciam, ut huius loci, dieiq́, meiq́, ſemper memineris.* Eun. 4. 7.
*Non ne hoc publicitus ſcelus hinc deportarier*
*In ſolas terras?* Phor. 5. 8.

## Minæ; Comminatio.

*In diem iſtuc eſt fortaſſe, quòd minitare.*
*Tu jam pendebis.* Eun. 5. 7.
*Si qvicqvam hodiè hîc turbæ cœperis:*
*Faciam, ut hujus loci, dieiq́ meiq́ ſemper mimineris.* Eun. 4. 7.
*Cur te in his ego conſpicor regionibus? (tibi:*
Th. *Vobis fretus.* Ph. *Scis, qvàm fretus? Miles, edico*
*Si in plateâ hac te offendero pòſt unqvam; qvod dicas mihi:*
*Alium qværebam: iter hac habui: periſti.* Eun. 5. 9.
*Ego, ſi vivo, adeò exornatum dabo,*
*Adeò depexum; ut; dum vivat, meminerit ſemper mei.* Heaut. 5. 1.

## Pudor, Rubor, Verecundia.

*O ingentem confidentiam.*
*Nunc cogitat, qvid dicat? num facti piget?*
*Vide, num eius color pudoris ſignum uſqvam indicat?* And. 5. 3. *(turpe.*
*Pudet, dicere hæc* (matre) *præſente verbum*
*At te id nullo modo facere piguit.*
Clit. *Eheu, qvàm ego nunc totus diſpliceo mihi!*
*Qvàm pudet! neq́ qvod principium incipiam ad placandum ſcio.* Heaut. 5. 4.

*Pudebat: Ae.ab, ſtultitia eſt iſthæc, non pudor: tam ob parvulam*
*Rem, penè ex patria? Turpe dictu. Ad. 2. 4.*
*Erubuit: ſalva res eſt. Ad. 4. 5.*
*Functus adoleſcentuli eſt officiem liberalis. Poſtqvam ad judices*
*Ventum eſt; non potuit cogitata proloqvi.*
*Ita eum tum timidum ibi obſtupefecit pudor. Ph. 2. 1.*

## Talio in Obtrectatores.

*Deſinant maledicere; malefacta ne noſcant ſua. And. Prolog.*
*Si mihi pergit, qvæ volt, dicere: ea, qvæ non volt, audiet. And. 5. 4.*
*Benedictus ſi certaſſet: audiſſet benè.* (*Prol.*
*Qvod ab ipſo allatum eſt, ſibi id relatum putet. Ph.*
Wie man in Wald ſchreyet/ alſo ſchallet es wieder heraus.

## Deus: Dij.

*Ego vitam deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror.*
*Qvòd voluptates eorum propriæ ſunt, And. 5. 5.*
Non Deus volens iniqvitatem, tu es. Pſ. 5. *Qvid? ſi hoc qviſpiam voluit Deus? Eun. 5. 2.*
*Dij vortant bene* (ſtuprum) *Eun. 2. 3.*

## Deorum invocatio, & preces atqve vota.

Abuſus nominis divini in flagitio. ἐι πρὸς θεῶν.
*Salvus nobis, deos qvæſo, ut ſiet. Adel. 3. 1.*
*Nunqvid vis? D. Mentē vobis meliorem dari. Ad. 3. 4.*

Ohe,

*Ohe, jam deſine deos, uxor, gratulando obtundere,*
*Tuam eſſe inventam gnatam: niſi illos tuo ex ingenio judicas;*
*Ut nihil credas intelligere, niſi ſi idem dictum eſt centies. Heaut. 5. 1.*
*Abi domum: ac deos comprecare, ut uxorem acceerſas: abi.*
Ae. *Abi pater: Tu potiùs Deos comprecare: nam tibi eos certò ſcio,*
*Qvò vir melior multò es, qvàm ego, obtemperaturos magis. Ad. 4. 5.*
*Dij benè vortant, qvod agas. Phor. 3. 3.* Formula franchi

## Rumor, Fama, Malorum potiùs, qvàm Bonorum feracia.

*More hominum evenit, ut qvod ſim nactus mali,*
*Prius reſciſceres tu, qvàm ego, qvod tibi evenit boni. And. 5. 5.*
*Hoc advenienti qvot mihi*
*Dixere! In ore eſt omni populo. Adel. 1. 2.*
*Non ſat, tuum te officium feciſſe: ſi non id fama adprobat. Phor. 4. 5.*
*Nam qvi erit rumor populi, ſi id feceris?*
*Olim cùm honeſtè potuit, tum non eſt data (uxor)*
*Nunc viduam extrudi; turpe eſt. Phor. 5. 8.*

## Somnia: propriè & metaphoricè.

Vide, Vanitas.

*Num ille ſomniat ea, qvæ vigilans voluit. And. 5. 5.*
*Homo futilis, ſomnium Ad. 3. 4.*

Ihm träumet nach Gevattern.

Vide, Iudicium.

## Accuſatio.

*Si tu illam attigeris ſeriùs, qvàm dignum eſt, liberā:*
*Dicam impingam tibi grandem.* Phor. 2.3.
*In jus ambula.* Ph. *In jus?*
*Enimverò ſi porrò odioſi eſſe pergitis.* Ph. 5.8.
*Accuſando fieri* factum infectum *non poteſt.* Phor. 5 9.

## Defenſio: Patronus.

*Malo ego, nos proſpicere, qvàm hunc ulciſci, acceptâ injuriâ,*
*Volo ego adeſſe hic advocatos nobis, in turba hac.* Eun. 4.6.
*Perij: huic ipſi eſt opus patrono, qvem defenſorem paro.* Eun. 4.6.
*Si qvis eſt, qvi dictum in ſe inclementius*
*Exiſtimat eſſe: ſic exiſtimet, ſciat,* (*Prol.*
*Reſponſum; non dictum eſſe, quia læſit prius. Eun.*
*Advorſum ne illum cauſſam dicerem, cui veneram advocatus?* Adel. 4.5.
*Hic* (Poëta) *reſpondere voluit, non laceſſere.*
Ein gut Wort findet eine gute ſtat. *Benedictis ſi certaſſet; audiſſet benè.*
*Qvod ab ipſo allatum eſt, ſibi eſſe id relatum putet.* Phor. Prolog.
*Meminiſti, olim uti fuerit veſtra oratio,*
*In re incipiendâ, ad defendendam noxiam:*
Rechte vbertey. *Iuſtam illam cauſſam, facilem, vincibilem, optumam:*
*Hem, nunc ipsâ eſt opus, aut ſi qvid poteſt,*
Hinderhalt. *Meliore & callidiore.* Ph. *fiet ſeduld.*
*G. Nunc prior adito tu. Ego in inſidiis hic ero.*

Suc-

*Succenturiatus, ſi qvid deficies. Phor. 1. 4.*

*Qvid mihi dicent? aut qvam cauſſam reperient?*
*Demiror. An'ne hoc dicent mihi?*
*Invitus feci: lex coegit; audio; & fateor.*
*Verum ſcientem, tacitum, cauſſam tradere advor-*
*ſariis;*
*Etiam'ne id lex coegit? Phor. 1. 2.*

*Si eſt, patrue, culpam ut Antipho in ſe admiſerit;*
*Ex qva re minùs rei foret aut famæ temperans:*
*Non cauſſam dico, qvin, qvod meritus eſt, ferat.*
*Sed ſi qvis fortè, malitiâ fretus ſuâ,*
*Inſidias noſtræ fecit adoleſcentiæ,*
*Ac vicit: noſtra'ne ea culpa eſt? an judicum?* “
*Qvi ſæpè propter invidiam adimunt diviti:* “
*Aut propter miſericordiam addunt pauperi. Ph. 2. 1.* “

*Viciſſim partes tuas acturus eſt.*
*Te ſuam rogavit rurſum ut ageres, cauſſam ut pro ſe diceres. Phor. 5. 5.* Mutuum muli ſcabunt.

## Vetera, Nova: Novum nil. Vetuſtas: Novitas.

*Nullum eſt jam dictum, qvod non dictum ſit priùs. Eunuchi Prol.*

*Multa advenienti, ut fit, nova hîc compluria. Ph. 4 3.*

## Liberalitas: Prodigalitas: Largitio, Largitas. Donum prodigum: Munus malè perditum.

Vide Munus, Donum.

*Fac ita, ut juſſi; deducantur iſti. P. faciam. Ph. at diligenter.*

Pa. Fiet. Ph. at maturè. Pa. fiet. Ph. Satin' hoc mandatum eſt tibi?

Pa. Utinam tam aliqvid invenire poſſis, Phadria.

Qvam (hoc munus) peribit. Wir wollens leichte anwerden.

Ph. Ego qvoq; unà pereo: qvod mihi eſt charius. Eun. 2. 1.

Was an Galgen ſol / das gehet.

Conveni hodiè adveniens qvendam mei loci atq; ordinis (tierat bona.

Hominem, haud impurum: itidem patria qvi abligu-

Video ſentum, ſqvalidum, ægrum, pannis annisq; obſitum.

Qvid iſtuc, inqvam, ornati eſt? qvoniam miſer, qvod habui, perdidi, hem,

Qvò redactus ſum? omnes noti me, atq; amici deſe-

Qvid? homo, inqvam, ignaviſſime: (runt:

Itân' paraſti te, ut ſpes nulla in te reliqva ſiet tibi?

Simul conſilium cum re amiſti. Eun. 2. 2.

Vehemens in utramq; partem es nimis;

Aut largitate nimiâ, aut parſimoniâ.

In eandem fraudem ex hac re, atq; ex illâ incides. Heaut. 3. 1. (ſentia

Ubi te vidi eſſe animo omiſſo; & ſvavia in præ-

Qvæ eſſent, prima habere; neq; conſulere in longitudinem:

Cepi rationem, ut neq; tu egeres, neq; ut hæc poſſes perdere. Heut. 5. 2.

Tu hercle, Phadria, Et libenter vivis, etenim [a] benè libenter victitas:

[a] ἀπὸ ξβγησις. Du lebeſt gerne wol.

Ad hæc

*Ad hæc magis oportunus, nec magis ex uſu tuo*
*Nemo eſt. Principio & habet qvod det; & dat nemo largiùs,*
*Præterea hoc etiam; qvod ego vel primum puto:*
*Accipit hominẽ nemo melius prorſum, neq; prolixius.*
Ph. *Mirum, ni illoc homine qvoqvo pacto opus eſt.* *Eun. 5. 9.*
*Sanè hercle homo voluptati obſeqvens*
*Fuit, dum vixit: & qvi ſic ſunt, haud multùm hæredem juvant.* (*benè. Hec. 3 5.*
*Sibi verò hanc laudem relinqvunt: vixit, dum vixit,*
*Regem me eſſe oportuit. Phor. 1. 2.*
Ich weis/worzu das Gelt gut iſt.
*Qvantum poteſt, nunc conveniendus Phormio eſt,*
*Priùs, qvàm dilapidet noſtras triginta minas;*
*Ut auferamus. Phor. 5. 8.*

## Mollicies animi: Abjectio.

*Ejiciunda hercle hæc eſt mollicies animi.*
*Nimis me indulgeo. Eun. 2. 1.*

## Antiqva tempora: Mores antiqvi: Nova & hodierna flagicia.

*Optime hoſpes, pol, Crito, antiquum obtines. An. 44.*
*Olim iſti fuit generi qvondam qvæſtus apud ſæculum prius.* Vorzeiten war gut fromb ſeyn. Fromb ſeyn gilt nicht mehr.
*Hoc novum eſt aucupium.* Jetzund muß man die Welt berücken. *Eun. 2. 2.*
*Homo antiqva virtute & fide. Ad. 3. 4.* Eine gute alte Haut.

Para-

## Paraſiti: Sycophantæ: Adulatores: Aſſentatores: Scurræ.

## Leutbeſcheiſſer/Lotterbuben/Schalcksnarren/ Boſſenreiſſer/ Beutelreumer.

*Viden' me ex eodem ortum loco?*
*Qvi color, nitor, veſtitus; qvæ habitudo eſt corporis?*
*Omnia habeo; neq; qvicquam habeo: nihil cùm ſit; nihil deſit tamen.*

Ein newer Fang.

*Hoc novum eſt aucupium.*
*Eſt genus hominum, qvi eſſe primos ſe omnium rerum volunt,*
*Nec ſunt: hos conſector; hiſce ego non paro me, ut rideant; (ſimul*
*Sed his ultrò adrideo; & eorum ingenia admiror;*
*Qvicqvid dicunt; laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoq;: (mihi,*
*Negat qvis, nego: ait, aio: poſtremò imperavi egomet*
*Omnia aſſentari. Is qvæſtus nunc eſt multò ubérrimus.*

Par. *Scitum hercle hominem: Hic homines prorſum ex ſtultis inſanos facit. Eun. 2.2.*
*Viden', ocium & cibus qvid faciat alienus? Eun. ibid.*

Den Heiligen von Füſſen hinweg

*Tace tu: qvem ego eſſe infra infimos omnes puto*
*Homines: Nam, qvi huic animū aſſentari induxeris,*
*E flammâ te petere cibum poſſe arbitror. Eun. 3.2.*
*Principio; ego vos ambo credere hoc mihi, vehementer velim:*
*Me huius qvicqvid faciam, id facere maximè cauſſâ meâ. Eun. 5.9.*

Vt id

*Vt id oſtenderem, qvòd te iſti facilem & feſtivum*
*putant,*
*Id non fieri ex verâ vitâ neq; adeò ex æqvo & bono;*
*Sed ex aſſentando, indulgendo & largiendo. Ad. 5. 9.*
*Te'ne aſymbolum venire? unctum atq; lautum*
*à balneis;*
*Ocioſum ab animo: cùm ille (Rex) & curâ & ſumtu*
*abſumitur.*
*Dum tibi ſit, qvod placeat; ille ringitur, tu rideas?*
*Prior bibas, prior decumbas: cœna dubia apponitur?*
*G. Qvid iſtuc verbi eſt? Ph. ubi tu dubites, qvid*
*ſumas potiſſimùm.*
*Hæc, cùm rationem ineas, qvàm ſint ſvavia, & quàm*
*chara ſint:*
*Ea qvi præbet, non te hunc habeas planè præſentem*
*DEUM? Phor. 2. 2.*

## Gloriæ inanis venditator: Glorioſus: Jactantia: Arrogantia: Thraſones.

Groſſprecher / Praler / Pranger.

*Eſt iſtuc datum profectò, ut grata ſint mihi qvæ*
*facio omnia.*
*Vel Rex ſemper maxumas*
*Mihi agebat, qvicqvid feceram: aliis non item.*
Gn. *Rex ergo te in oculis?* Th. *Scilicet.*
G. *Geſtire?* Th. *vero. credere omnem exercitum,*
*Conſilia.* G. *mirum.* Th. *tum ſicubi eum ſatietas*
*Hominum, aut negotii ſi quando odium ceperat:*
*Requieſcere ubi volebat; quaſi: noſtin'?* G. *Scio.*
*Qvaſi ubi illam* a *expueret miſeriam ex animo.* Th.
*tenes.*

a Metaphora, in glorioſum ſcurram ſcurrilis. Speyer einen Unflat an den andern.

*Tum*

*Tum me convivam ſolum abducebat ſibi.* G. *hui;*
*Regem elegantem narras.* Th. *imò ſic homo eſt,*
*Perpaucorum hominum,* G. *imò nullorum arbitror,*
*Si tecum vivit.* Th. *invidere omnes mihi;*
*Mordere clanculum: ego non floccipendere. Eun. 3. 1.*

Narren ſol man mit Kolben lauſen.

*Labore alieno magno partam gloriam*
*Verbis ſæpè in ſe transmovet, qvi habet ſalem:*
[b] *Qvod in te eſt.* (Ironia) *Eun. 3. 1.*

[b] Alij, Qvi.

*Hanccine ego ut contumeliam tam inſignem in me accipiam, Gnatho!*
*Mori me ſatius eſt.*
*Tu hoſce inſtrue: hic ego ero poſt principia. Eun. 4. 7.*

## Der Haſe beym Peucker.

Freßkrieger/ Saufſoier/ Freßlender.

*Sanga, ita; uti forteis decet*
*Milites, domiq; fociq; fac viciſſim ut memineris.*
*Iamdudum animus eſt in patinis. Eun. 4. 7.*
*Nunqvam etiam fui uſqvam, qvin me omnes amarent plurimùm. Eun. 5. 9.*

## Taciturnitas; Silentium: Reticentia arcani.

Vide. Arcanum.

*Vtinam aut hic ſurdus, aut hæc muta facta ſit.*
*Tacent: ſatis laudant. Eun. 3. 2.* (*And. 3. 1.*
*Potin' eſt hic tacere? Ego'ne? optimè.*
*Verùm heus tu: lege hac tibi meam adſtringo fidem.*
*Quæ vera audivi, taceo, & contineo optumè.*
*Sin falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continuò pa-*
*Plenus rimarum ſum: hac atq; illac perfluo; (làm eſt:*
*Proin tu, taceri ſi vis, vera dicito Eun. 1. 2.*
*Utrumq; hoc falſum eſt. Effluit. Ibidem.*

War-

Warheit verſchweigen / Lügen weiter treiben.

*Vtrum taceam'ne, an prædicem?* D. *tu pol, ſi ſapis,*
*Qvod ſcis, neſcis, neq; de Eun. neq; de vicio virginis.*
*Hac re & te omni turbâ evolves: & illi gratum feceris;* (autori) *id modò dic, abiſſe Dorum.* Eu. 4. 4.
*Tu neſcias, qvod ſcis, Dromo: ſi ſapies.* D. *mutum dices.* Heau. 4. 4. Leppiſch/laß nicht ſchnappen.
*Loqvitur paucula.* Heaut. 4. 6.
*Non eſt opus prolato: percontarier*
*Deſiſte: nempe eâ de cauſſa, ut ne id fiat palā.* Hec. 1. 2
*Quæ fors fortuna eſt, nobis qvæ te hodiè obtulit,*
*Per eam te obſecramus ambæ; ſi jus, ſi fas eſt; uti*
*Advorſa eius per te tecta tacitaq; apud omnes ſient.*
*Hîc tibi nihil eſt qvicqvam incommodi:*
*Et illi indignè factam injuriam contexeris.* Hec. 3. 3.
*Nos'ne hoc cælatos tam diu? neqveo ſatis,*
*Quā hoc mihi videtur factū pravè, proloqvi.* Hec. 4. 4
*Harum rerum nunqvid dixti jam patri?*
B. *Nihil.* P. *neq; opus eſt.*
*Adeò mutito. Placet, non fieri hoc itidem ut in Comœdijs,*
*Omnia ubi omnes reſciſcunt. Hîc, qvos par fuerat, reſciſcere,*
*Sciunt: Qvos non autem ſcire æqvum eſt; neq; reſciſcunt, neq; ſcient.* Hec. 5. 4.
*Neſcis, qvo in metu, & qvanto in periculo*
*Simus* D. *qvid iſtuc eſt?* G. *Scies.*
*Modò ut tacere poßis.* D. *abi, ſis inſciens:*
*Cuius tu fidem in pecuniâ perſpexeris:*
*Verere, verba ea credere? ubi qvid mihi lucri eſt,*
*Te fallere?* Phor. 1. 2.

Des Nechſten ſchande decken zu.

Wer eine böſe Nuß hat/der ſol nicht alles wiſſen.

Humi-

## Humilitas: Abjectio animi contemta.

*Apparet, ſervum hunc eſſe domini pauperis*
*Miſeriq;. Nam hercle nemo poſſet, ſat ſcio,*
*Qui haberet, qvi pararet aliũ, hunc perpeti.* Eu.3.2.
*Huic ipſi eſt opus patrono, qvem defenſorem paro.* Eun.4.6.

## Ebrietas.

*Atat: data hercle verba mihi ſunt: vicit vinum qvod bibi.*
*Ac dum accubabam, qvàm videbar mihi eſſe pulcre (ſobrius!*
*Poſtqvam ſurrexi; neq; pes, neq; mens, ſuum ſatis officium facit.*
*Verbum hercle hoc verum eſt: ſine Cerere & Libero friget Venus.* Eun. 4.5.

Auff einem vollen Kropff/
Steht ein toller Kopff.

## Prudentia: Sapientia.

*Enimverò, Dave, nihil loci eſt ſegnitiæ, neq; ſocordiæ*
*Quantum intellexi modo ſenis ſententiã de nuptiis.*
*Quæ ſi non aſtu providentur: me aut herum peſſun-*
*Nec qvid agam, certum eſt. (dabunt.*
*Pamphilum me adjutem? an auſcultem ſeni?*
*Si illum relinqvo: eius vitæ timeo: Sin' opitulor, hujus minas:*
*Cui verba dare difficile eſt.* And. 1.3.
*Omnia experiri certum eſt, priùs qvàm pereo*

Inter-

Interea fiet aliquid, ſpero. *And.* 2. 1.

*Si te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris.* ( *And.* 2. 2.

*Aliam ocioſus quæret. Interea aliquid acciderit boni.*

*Hoc cogitato; qui cùm res tibi eſt, peregrinus eſt;*

*Minùs potens quam tu; minùs notus; amicorum hic habens minus.* Chr. *ſcio iſtuc.*

Sed tu, quod cavere poſsis, ſtultum admittere eſt. »

*Malo ego. nos proſpicere; quàm hunc ulciſci, acceptâ injuriâ.* Eun. 5. 6.

*Omnia priùs experiri, quàm armis; ſapientem decet.* Eun. 4. 7

*Noſtrum eſt, intelligere, ut cunq; atq; ubicunq; opus ſit, obſequi.* Heaut. 3. 3.

*Iſthuc eſt ſapere; non quod ante pedes modò eſt*

*Videre: ſed etiam illa, quæ futura ſunt, proſpicere.* »

*Adel.* 3. 4. ( *quam poſsiem.* »

*Videndum eſt, ne minùs propter iram hanc impetrem,*

*At ne quid faciam plus, quod me pòſt minus feciſſe ſatiùs ſit.* Hec. 5. 1.

*Palam beatus: ni unum hoc deſit; animus, qui modeſtè iſthæc ferat.* Phor. 1. 3.

*Dictum ſapienti ſat eſt.* Phor. 8. 3.

Gelehrten iſt gut predigen.

*Hoc* (argentum) *temerè nunquam amittam ego â me, quin mihi teſteis adhibeam;*

*Cui dem; & quam ob rem dem, commemorabo.* G. *ut cautus eſt, ubi nihil opus eſt.*

Mit Gelde iſt nicht gut ſchertzen.

Wenn man ein ding nicht achtet/ ſo werdens die Leute auch vberdrüſſig.

Man muß ſich in die Leute richten.

Den Bock zum Gärtner.

## Imprudentia : Temeritas.

*Ovem lupo commiſiſti. Eun. 5. 1.*

*Quid cum illis agas, qui neq; jus, neq; bonum, neq; æquum ſciunt?*

*Melius, pejus, proſit, obſit; nihil vident; niſi quod lubet. Heaut. 4. 1.*

*Enimverò, Antipho, multis modis cum hoc animo es vituperandus. (dediſſe?*

*Ita né te hinc abiiſſe; & vitam tuam aliis tutandam*

*Alios tuam rem credidiſti magis, quàm tete, animadvorſuros. Phor. 3. 1.*

*Quid minus utibile fuit, quàm hoc ulcus tangere? Phor. 4. 4.*

## Ultio : Vindicta.

*Malo ego, nos proſpicere, quam hunc ulciſci, acceptâ injuriâ. Eun. 4. 6.*

*Ego te pol iſtis dictis & factis, ſcelus,*

*Ulciſcar; ut ne impune in nos illuſeris. Eun. 5. 4.*

*Satis mihi id habeam ſupplicij; dum illos ulciſcar modò.*

*Seni animam primùm extinguam ipſi, qui illud produxit ſcelus.*

*Tum autem Syrum impulſorem, vah, quibus illum lacerarem modis!*

παθολογία.

*Sublimem medium arriperem: & capite primùm in terram ſtatuerem;*

*Ut cerebro diſpergat viam. (darem.*

*Adoleſcenti ipſi eriperem oculos: poſthac præcipitem*

*Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem & proſternerem. Adel. 3. 2.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-796021-p0102-9

*Adeam né ad eum? & cum eo injuriam hanc expoſtulem?*
*Ingeram mala multa? atq; aliquis dicat: nihil promoveris?*
*Multum. Moleſtus certè ei fuero; atq́; animo morem geſſero. And. 4. 1.*
*Suo ſibi hunc gladio jugulo. Adel. 5. 8.*

Eſt vindicta bonum, vita iucundius ipſa.

*Injurium autem eſt, ulciſci adverſarios?*
*Aut quâ via captent te illi, eâdem ipſos capi? Hec. 1. 1.*
*Sic dabo: age nunc, age Phormionem, qui volet, laceſſito.*
*Faxo, tali eum mactatum, atq; hic eſt, infortunio. Phor. 5. 9.*
*Redeat ſanè in gratiam: jam ſupplicij ſatis eſt mihi. Phor. 5. 9.*

## Ignavia; Deſidia, Socordia, Væcordia.

*Eijciunda herclè hæc eſt mollicies animi: nimis me indulgeo. Eun. 2. 1.*
*At ego infelix, neq; ridiculus eſſe, neq́; plagas pati Poſſum.* Gn. *quid tu his rebus credis fieri? totâ erras viâ. Eun. 2. 2.*
*Nimirum hic homines frigent. Eun. 2. 2.*

Es giebt eytel Lappen hie.

*Quid, ignave? Peniculo né pugnare, qui iſthunc huc portas, cogitas? Eun. 4. 7.*
*Hîc ego ero poſt principia. Inde omnibus ſignum dabo.*
*Illuc eſt ſapere: ut hoſce inſtruxit. Ipſus ſibi cavit loco. Eun 4. 7.*
*Sanè quod tibi nunc vir videatur eſſe, hic nebulo magnus eſt. Eun. 4. 7.*

Gn. *Jam dimitto exercitum?* Thr. *ubi vis.* Gn. *Sanga ita, uti forteis decet*
*Milites; domiq́ꝫ fociq́ꝫ fac viciſſim ut memineris.*
San. *Jamdudum animus eſt in patinis.* G. *Frugi es.*
Thr. *Vos me hac ſequimini. Eun. 7.*

Suppen Krieger. Freßrotte. Sauphoier.

*Fatuus eſt, inſulſus, tardus: ſtertit nocteisq́ꝫ & dies.*
*Facilè pellas ubi velis. Eun. 5. 9.*
*Satis diu hoc jam ſaxum volvo. Ibidem.*
*Non perpeti meretricum contumelias!*
*Si quidem hercle poſſis: nihil prius, neqꝫ fortius.*
*Verùm ſi incipies; neqꝫ pertendes gnaviter:*
*Atqꝫ ubi pati non poteris: actum eſt: ilicet*
*Periſti. Eludet, ubi te victum ſenſerit. Eun. 1. 1.*

## Mulierum Ingenia, Mores, Fortunæ.

*Fidelem haud fermè mulieri invenias virum An. 3. 1.*
*Novi ingenium mulierum: Nolunt ubi velis. ubi nolis, cupiunt ultrò. Eun. 7. 4.*
*Qui ſi nunc detur mihi;*
*Ut ego ungvibus facile illi in oculos involem*
*Veneſico. Eun. 4. 3.*

Vindicta muliebris. *Si illam digito attigerit uno; oculi illicò effodientur. Eun. 4. 6.*
*Vix me contineo, quin involem in capillum. Eu. 5. 2.*
*Noſti mores mulierum: dum moliuntur, dum comuntur; annus eſt. Heaut. 2. 2.*
*Id quidem ego, etſi tu neges, certò ſcio:*
*Te inſcientem atqꝫ imprudentem dicere ac facere omnia. Heaut. 4. 1.*

*Stultæ, & miſerè omnes ſumus religioſæ. Hea. 4.1.*

Die Weiber halten alle gerne viel auff Katzenglauben.

*Proh Deûm atq; hominum fidem: quod hoc genus eſt? quæ hæc conjuratio?*

*Ut omnes mulieres eadem æquè ſtudeant, nolintq; omnia.* Alle vber eine Leiſte.

*Neq; declinatam quicquam ab aliarum ingenio ullam reperias.*

*Itaq; adeò uno animo omnes ſocrus oderunt nurus.*

Schwieger vnd Schnure beyſammen/
Sind Hunde vnd Katzen/ iſt Amen.

*Viris eſſe adverſas, æquè ſtudium eſt: ſimilis pertinacia eſt.*

*In eodem omnes mihi videntur ludo doctæ ad malitiam.*

*Et ei ludo, ſi ullus eſt, magiſtram hanc* (meam uxorem) *eſſe, ſatis certò ſcio. Hec. 2. 1.*

*Veſtrarum nulla eſt, quin gnatum volit*

*Ducere uxorem: & quæ vobis placita eſt, conditio datur.*

*Ubi duxere impulſu veſtro: veſtro impulſu easdem exigunt. Hec. 2. 1.*

*Ædepol næ nos ſumus mulieres iniq; æquè inviſæ viris,*

*Propter paucas, quæ omnes faciunt dignæ ut videamur malo.*

*Ita animum induxerunt, ſocrus omneis eſſe iniquas. Hec. 2. 3.*

*Itidem mulieres ſunt fermè, ut pueri, levi ſententiâ.*

*Unum aliquod verbum inter eos iram conciverit. Hec. 3. 1.*

*Tun' proſpicere aut judicare, noſtram in rem quod ſit, potes? (* mulier *) Hec. 4. 1.*

*Sed ego ſtultior; meis dictis parere hanc (* uxorem *) qui poſtulem. Hec. 4. 1.*

Was man Weibern verbeut / das thun ſie deſto lieber.

*Sine me, obſecro, hoc effugere, volgus quod malè audit mulierum. Hec. 4. 2.*

*Mater quod ſvaſit ſua,*
*Adoleſcens mulier fecit: mirandum né id eſt?*
*Cenſen', te poſſe reperire ullam mulierem,* (4. 1.
*Quæ caret culpa? an quia non delinquunt viri? Hec.*

Die Weiber trüben kein Waſſer.

*Non mirum fecit uxor mea, ſi hoc ægrè tulit.*
*Amaræ mulieres ſunt: non facilè hæc ferunt. Hec. 4. 4*
*Mulier mulieri magis congruit. Phor. 4. 5.*

Weiber theidinge gehören für Weiber.

## Perplexitas. Reſponſum perplexum; obſcurum: apertum.

*Hem; quæ hæc eſt fabula? Eò redigis me, ut quid egerim, egomet neſciam. Eun. 4. 4.*

*Non poteſt ſine malo fateri: modò ait, modò negat.*

P. *Quid faciendum cenſes (utrum taceam né an prædicem? Eun. 4. 4.*

*Pergin', ſceleſte, mecum perplexè loqui*
*Scio, neſcio, abiit, audivi. Ego non adfui.*
*Non tu iſtuc mihi dictura apertè es, quicquid eſt.*
*Satis né ſalve? dic mihi.*

P. *Here, primùm te arbitrari id, quod res iſt, velim. Eun. 5. 1.*

*Quicquid hujus factum eſt, culpâ non eſt factum meâ*
*S. Quid? P. Rectè ſanè interrogaſti. Oportuit*
*Rem prænarraſſe me. Eun. 5. 6.*
*Non hercle intelligo. S. non?*
*D. Non. Davus ſum, non Oepidus.* Ich bin kein Rahtsherr.
*S. Nempe ergo apertè vis, quæ reſtant, me loqui?*
*D. Sanè quidem. S. ſi ſenſero, hodie quicquam te fallaciæ conari:*
*Verberibus cæſum te in piſtrinum dedã, usq; ad necẽ.*
*Quid? hoc intellextin' an nondum apertè etiam ne hoc quidem?*
*D. Imò callidè; Ita apertè ipſam rem modò locutus: nihil circuitione uſus eſt. And. 1. 2.*

## Gaudium immodicum. Læticiâ exultans juveniliter; Effrenis.

*Vix ſum apud me: ita animus commotus eſt metu,* Es tälbert ſich.
*Spe, gaudio, mirando hoc tam repentino bono. An. 5. 4.*
*O fauſtum & felicem hunc diem. And 5. 4.*
*Ego vitam deorũ propterea ſempiternam eſſe arbitror.*
*Quòd voluptates eorum propriæ ſunt. Nam mihi immortalitas*
*Parta eſt, ſi nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit.*
*Sed quem ego potiſſimùm exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari?*
*Davum video. Nemo eſt, quem mallem omnium.*
*Nam hunc ſcio, meâ ſolidè ſolum gaviſurum gaudia. Andr. 5. 5.*
*Num ille ſomniat, quæ vigilans voluit?* (alij volvit) *An. 5. 5.* Dem träumet nach Gevattern.

Neſcit homo, an amore, an odio dignus ſit. Eccl. 9.

*Solus es, quem diligunt dij. And. 5. 5.*
*Jamné erumpere hoc licet mihi gaudium? proh Jupiter:*
*Nunc eſt profectò, interfici cùm perpeti me poßim:*
*Ne hoc gaudium contaminet vita, ægritudine aliquâ.*
*O feſtus dies hominis. Eun. 3. 5.*
*O populares, ecquis me vivit hodie fortunatior?*
*Nemo hercle quiquam. Nam in me plane dij poteſtatem ſuam*
*Omnem oſtendère: cui tam ſubitò tot congruerint commoda. Eun. 5. 9* (tanta
*Nulla mihi res poſthac poteſt jam intervenire,*

Nicht zu hui.

*Quæ mihi ægritudinem afferat. Tanta hæc læticia oborta eſt. Heaut. 4. 3.*
*Quid faciam? Syre mi, gaudeo: fer me.*
*Deorum vitam adepti ſumus. Heaut. 4. 3.*
*Næ, ego fortunatus homo ſum. Heaut. 4. 6.*
*Quando hoc bene ſucceßit: hilarem hunc ſumamus diem. Ad 2. 4* Der Tag muß vnſer ſeyn.

ſenile. Modeſtia in omni fortuna.

*Oh, lacrumo gaudio. Adel. 3. 4.*
*Omnibus nobis ut res dant ſeſe: ita magni atq; humiles ſumus. Hec. 3. 3*
Wie es Gott giebt/ ſo hat mans.
*Deus ſum: ſi hoc ita eſt.*
*Timeo, ne aliud credam, atq; aliud nuncies. Hec. 5. 4.*
*Ab orco mortuum me, reducem in lucem feceris. Hec. 5. 4.*
*O Fortuna, ô Fors, Fortuna, quantis commoditatibus,*
*Quàm ſubitò hero meo, ope veſtra, hunc oneraſtis*
*Noſq; amicos ejus exoneraſtis metu!* (diem.

Sed

*Sed ego nunc mihi ceſſo, qui non humerum hunc onero pallio:*
*Atq; hominem propero invenire: ut hæc, quæ contigerint, ſciat Phor. 5. 6.*
*Omnium, quantum eſt, qui vivant, hominum homo honoratiſsime.*
*Nam ſine controverſia ab diis ſolus diligere.*
*Satin' eſt, ſi te delibutum gaudio reddo?*
Ant. *Hem, quin ergo? rape me: quid ceſſas? Ph. 5. 6.*
*Benè, ita me dij ament, factũ: & gaudeo. Ph. 5. 6.*
*Pulcerrimum facinus audivi.*
*Itaq; penè hercle exclamavi gaudio.* Ph. *quod?* G. *mirificentiſsimum. Ph. 5. 6.*

## Fortuna, ſecunda, adverſa: Eventus fortuitus; Subitus.

*Niſi mihi deos, ſatis ſcio, fuiſſe iratos, qui auſcultaverim, And. 4. 1.*
*Tuum eſt, ſi quid præter ſpem evenit, ignoſcere.*
*Parum ſucceſsit, quod ago: at facio ſedulò.*
*Hac non ſucceſsit: aliâ aggrediamur viâ. And. 4. 1.*

Der Fuchs hat mehr denn nur ein Loch/
Verrennt jhm eins/ finds ander doch.

*Ubi illic ſcelus eſt, qui me perdidit?* D. *Perij.* P. *atq; hoc confiteor,* Quisque ſuæ fortunæ faber.
*Jure obtigiſſe: quandoquidem tam iners, tam nulli conſilij ſum.*
*Ergo precium ob ſtultitiam fero. And. 3. 5.* (dem.
*Nihil ne eſſe proprium cuiquam? dij voſtram fi-*
*Summũ bonum eſſe heræ putabam hunc Pamphilum.*

*Verùm ex eo nunc miſera, quem capit*
*Dolorem? facilè hic plus mali eſt, quàm illic boni.*
*And. 4. 3*

*More hominum evenit, ut quod ſim nactus mali,*
*Prius reſciſceres tu, quàm ego, quod tibi evenit boni.*
*Age, me in tuis ſecundis reſpice Ibid. (And. 5. 5.*

Gedencke auch an mich wenn dirs wolgehet.

*Neq; quemquam eſſe ego hominem arbitror, cui magis bonæ*
*Felicitates omnes adverſæ ſient. Eu. 2. 3.*

*Quid commemorem primùm aut laudẽ maximè?*
*Illum, qui mihi dedit conſilium, ut facerem? an me qui id auſus ſim*
*Incipere? an fortunam collaudem? quæ gubernatrix fuit? Eun. 5. 9.*

*Fortuna conſilij & incepti gubernatrix eſt. Eu. 5. 9*

E vulgi opinione viciosa.

*Plus ſpei video, quam volo. Heaut. 4. 1.*
*Ut præter ſpem evenit. Ibidem. (bula.*
*Hem tibi autem.* Ct. *quidnã eſt?* S. *Lupus in fa-*
Ct. *Pater adeſt?* S. *ipſus eſt.* Ct. *quid agimus?* S.
*Fuge modò intrò Ad. 4. 1.*

*O fortuna, ut nunquam perpetuò es bona. Hec. 3. 3*
*Equidem plus hodie boni*
*Feci imprudens, quàm ſciens ante hunc diem unquam Hec. 5. 4.*

„ *Omnes, cùm ſecundæ res ſunt maxumè tum maxumè*
„ *Meditari oportet ſecum, quo pacto advorſam ærumnam ferant:*
„ *Pelicla, damna, exilia, peregrè rediens ſemper cogitet*

Aut

*Aut filij peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiæ.* „
*Communia eſſe hæc: fieri poſſe, ut ne quid animo ſit novum.* „
*Quicquid præter ſpem eveniat; omne id deputare eſſe in lucro. Phor. 2. 1.* „
*Dij veſtram fidem: quàm ſæpè, fortè, temerè* „
*Eveniunt, quæ non audeas optare! offendi adveniens,* „
*Qui cum volebam, atq; ut volebam, collocatam filiam.* „
*Quod nos ambo opere maxumo dabamus operam, ut fieret:* „
*Sine noſtrâ curâ, maxumâ ſuâ curâ, hæc ſola(anus) fecit. Phor. 5. 1.*

*Dij nos reſpiciunt: gnatam inveni nuptam cum tuo filio. Phor. 5 3.*

*O Fortuna, ô Fors Fortuna, quantis commoditati(bus,*
*Quàm ſubitò hero meo ope veſtrâ, hunc oneraſtis diem! Phor. 5. 6.*

*Sine controverſia, ab diis ſolus diligere. Phor. 5. 6.*

*Tantam fortunam de improviſo eſſe his datam. Phor. 5. 7.*

## Æquitas cenſuræ vel iniquitas: Æqualitas.

*Non plus iniquûm poßit, quàm æquûm, oratio. Heaut. Prolog.*

*Facite, æquanimitas, Poetæ ad ſcribendum augeat induſtriam. Ad. Prolog.*

*Num qui minus Mihi idem jus æquom eſt eſſe, quod mecum eſt tibi?*

*Quando ego tuum non curo, ne cura meum. Ad. 5. 3.*

Patris

## Patris & Matrisfamiliâs officia.

*Non dubium eſt, quin uxorem nolit filius;*
*ita Davom modò timere ſenſi, ubi nuptias*
*Futuras eſſe audivit.* D. *mirabar, hoc ſi ſic abiret:*
*& heri ſemper-lenitas*
*Verebar, quorſum evaderet.* *(ſuo,*
*Qui poſtquam audierat, non datum iri filio uxorem*
*Nunquam cuiquam noſtrum verbum fecit: neq; id*
*ægrè tulit.*
S. *At nunc faciet: neq; ut opinor, ſine tuo magno*
*malo. And. 1. 2.*

Herr vnd Fraw ſollen das Geſinde antreiben.

*Quod in opere faciundo operæ conſumis tuæ;*
*Si ſumas in illis* (ſervis) *exercendis: plus agas. Heaut. 1. 1.*

*Laborans, quærens, parcens, illi* (filio) *ſerviens,*
*Ita facio prorſus Heaut. 1. 1.* Die Eltern arbeiten den Kindern vor.

*An quia ruri eſſe crebrò ſoleo, neſcire arbitramini,*
*Quo quisq; pacto hic vitam veſtrorum exigat?*
*Multò melius, hic quæ fiunt, quàm illic, ubi ſum aſſiduè, ſcio:*
*Ideò, quia, ut vos mihi domi eritis, proinde ego ero*
*famâ foris. Hec. 2. 1.* *(viens:*
*Rus habitatum abij: concedens vobis, & rei ſer-*
*Sumtus veſtros ociumq; ut noſtra res poſſet pati:*
*Meo labori haud parcens, præter æquum atq; ætatem*
*meam.* *(eſſet mihi?*
*Non te* (uxorem) *pro his curaſſe rebus, ne quid ægrè*
*Quæ hic erant, curares: cùm ego vos ſolvi curis cæteris. Hec. 2. 1.*

Poly-

## Polypragmoſyne: Curioſitas.

Frembde Sorge.

*Huic, non tibi habeo: ne erres. And. 4. 2.*

*Sed neminem curioſum intervenire nunc mihi.*

*Qui me ſequatur: quoq; eam? rogitando obtundat enecet:*

*Quid geſtiam? aut quid lætus ſim? quò pergam? unde emergam? ubi ſiem* Curioſi deſcriptio.

*Veſtitum hunc nactus? quid mihi quæram? ſanus ſim? an ne inſaniam? Eun. 3. 5.*

*Tantum ne eſt ab re tuâ otij tibi,*

*Aliena ut cures; eaq; nihil quæ ad te attinent? Heaut. 1. 1.*

*Mihi ſic eſt uſus: tibi ut opus eſt facto, face. Ibid.*

**Ein jeder kehre für ſeiner Thür.**

*Itáne comparatam eſſe hominum naturam omnium.*

*Aliena meliùs ut videant & judicent,*

*Quàm ſua? an eò fit, quia in re noſtrâ aut gaudio*

*Sumus præpediti nimio, aut ægritudine? Heaut. 3. 1.*

*Ne te admiſce. Nemo accuſat, Syre, te. Heaut. 5. 2.*

*Id populus curat ſcilicet. An. 1. 2.*

*Tua quod nihil refert, percontari deſinas. Hec. 5. 3.*

**Was dich nicht brennet/ das leſche nicht.**

## Homo: Hominis ſtudia & miſeria communis.

Vide, vita humana.

*Dij immortales, homini homo quid præſtat? ſtulto intelligens*

*Quid inter eſt? E. 2.* Quiſq; ſuæ fortunæ faber. Wers kan/ dem köm̃ets.

*Homo ſum: humani à me nihil alienum puto. Heaut. 1. 1.*

Faci-

*Facito dum, eadem hæc memineris,*
*Si quid hujus ſimile fortè evenerit: ut ſunt humana.*
*Heaut. 3. 2.* (xumè
*Omnes, cùm ſecundæ res ſunt maxumè, tum ma-*
*Meditari ſecum oportet, quo pacto advorſam ærumnā ferant;*
*Pericla, damna, exilia, peregrè rediens ſemper cogitet*
*Aut filij peccatum, aut uxoris mortem, aut morbum filiæ.*
*Communia eſſe hæc: fieri poſſe: ut ne quid animo ſit novum.*
*Quicquid præter ſpem eveniat, omne id deputare eſſe in lucro. Phor. 2...*

Man ſol jmmer dencken / wer weis/was geſchicht.
Vnglück kömmet vngebeten.
Man darff Jhm keinen Boten ſchicken.

## Sedulitas in officio; contra Ignaviam & Polypragmoſynem: Diligentia: Induſtria.

*Hoccine agis, an non? Ego vero iſtuc. And. 1. 2.*
*Hoc agam. And. 2. 4.*
*Hoc agite amabo*: id eſt, auſcultate. *Eu. 1. 2. 50*
*At jam hoc non ages! Agam. Heaut. 4. 9. 16.*
*Nunc iſtuc age. Heaut. 3. 1. 47.*

## Mœror: Ægritudo: Sollicitudo.

*An cuiquam eſt uſus homini, ſe ut cruciet?* Heaut. 1. 1.
*Quid iſtuc mali eſt? Quæſo, quid de te tantum meruiſti?* Me. *eheu.*
Ch. *Ne lacruma, atq; iſtuc, quicquid eſt, fac me ut ſciam.*
*Ne retice: ne verere: crede (inquam) mihi:*
*Aut conſolando, aut conſilio, aut re juvero. Heaut. 1. 1.*

Ubi

*Ubi comperi ex ijs, qui ei fuëre conſcii,* (fugæ)
*Domum revortar mœſtus, atq; animo ferè*
*Perturbato atq; incerto, præ ægritudine.*
*Aſſido: accurrunt ſervi: pro ſe quisq; ſedulò*
*Faciebat: quò illam mihi lenirent miſeriam.*
Heaut. 1. 1.

Aegritudo perturbat animum.

*Solicitudinem iſtam falſam, quæ te excruciat, omittas.* Heaut. 1. 2.

*Vulgò audio dici;* Diem adimere ægritudinem hominibus. *Heaut. 3. 1.*

*Matrem ex ægritudine miſeram mors conſecuta eſt.* Phor. 5. 1.

*Num illi* (filio) *moleſtæ quippiam hæ ſunt nuptiæ?*
D. *Nihil herclè: aut ſi adeò: bidui eſt aut tridui*
*Hæc ſolicitudo: noſtin'? deinde deſinet.*
*Etenim eam ſecum rem rectâ deputabit viâ.* And. 2. 5.

## Militia: Bellum.

*In Aſiam hinc abij propter pauperiem: atq; ibi*
*Simul rem & gloriam armis belli repperi.* Heaut. 1. 1.
*Iſtuc inceptum* (militatum abire) *tamen*
*Animi eſt pudentis ſignum & non inſtrenui.*
Heaut. 1. 1.

Im Kriege erwirbet man Ehre vnd Gut/ Wenn Ehr da iſt vnd tapffer Muth.

## Paupertas. Pauperies.

*In Aſiam hinc abij propter pauperiem: atq; ibi*
*Simul rem & gloriam armis belli repperi.* Heaut. 1. 1.
*Hæc flagitia ſi neq; ego, neq; tu fecimus:*
*Non ſivit egeſtas facere nos. Tu nunc tibi*

*Id laudi ducis, quod tum feciſti inopiâ.*
*Injurium eſt, nam ſi eſſet, unde id fieret,*
*Faceremus.* Adel. 1. 2.

Wenn die Ziege den Schwantz hette / ſie ſchlüge jhr ſelbſt die Augen aus.

*Quam iniquè comparatum eſt; hi, qui minus habent,*
*Ut ſemper aliquid addant divitioribus.* Phor. l. 1.

*Martialis:*

Dantur opes nullis nunc, niſi divitibus.

Wo Tauben ſind / da fliegen Tauben zu.

*Paupertas mihi onus viſum eſt & miſerum & grave,*
Phor. 1. 2.

Ein arm ding / wer nicht reich iſt.

*Quid rei gerit?* G. *ſic tenuiter.* Da. *non multum habet* (Phor. 1. 2.
*Quod det fortaſſe* G. *Imò nihil niſi ſpem meram.*

Gut Edel / blut arm.

*Non ratio, verùm argentum deerat.* Phor. 2. 1.

Gelt machet den Kauff.

*Heus, quanta quanta hæc mea paupertas eſt; tamen*
*Adhuc curavi unum hoc quidem, ut ſervem fidem.*
Phor. 5. 8. Armut lahmet nicht.

Pauper ubique iacet.

*Quia egens relicta eſt miſera, ignoratur parens:*
*Negligitur ipſa; vide, avaritia quid faciat.* Phor. 2. 3.
*Homo pauper, cui opera vita erat, ruri ferè*
*Se continebat: ibi agrum de noſtro patre*
*Colendum habebat: ſæpè mihi interea ſenex*
*Narrabat: ſe hunc negligere, cognatum ſuum.*
Phor. 2. 3.
*Stilphonem, inquam, noveras?*

D. Neq;

De. *Neq; ego illorum noram: neq; mihi cognatus fuit*
*Quiſquam iſthoc nomine.* Ph. *itane? non te horum pudet?*
*At ſi talentûm rem reliquiſſet decem:* Gelt/Gelt/ ſchreyet alle Welt.
*Primus eſſes, memoriter*
*Progeniem veſtram uſq; ab avo atq; atavo proferens.* Phor. 2. 3.
*Ut ne turpe quid in ſe civû admitteret,*
*Propter egeſtatem,* (virgo) *proximo juſſa eſt dari.* Phor. 2. 3.
*Quid faciam? unde ego nunc tam ſubitò huic argentum inveniam miſer?*
*Cui minus nihilo eſt.* Phor. 3. 3. Kein blutiger Heller.
*Egeſtas me impulit, ut id conſulerem; interea vita ut in tuto foret.* Ph. 5. 1.

Gut macht Muth/ Armut weh thut.

## Conſuetudo facit habitum.

*Ubi animus ſemel ſe cupiditate devinxit malâ:*
*Neceſſe eſt, conſilia conſequi conſimilia.* Heaut. 1. 2.
*Mitto rem: conſuetudinem ipſorum.* Ad. 5. 3.

## Spacium temporis: Cunctatio; Dilatio; Prolatio; Procraſtinatio.

Eile mit weile. Zeit hat Ehr.

*Saltem aliquot dies profer, dum proficiſcar aliquò, ne videam.* And. 2. 1.
*Dicam: aliquid jam inventurum: ut huic malo aliquam producam moram.* And. 3. 5.

*Quid meritus?* D. *crucem. Sed ſine paululum ad me ut redeam: jam aliquid diſpiciam* P. *hei mihi*
*Cùm non habeo ſpacium, ut de te ſumam ſupplicium, uti volo.*
*Namq; hocce tempus, præcavere mihi me, haud te ulciſci ſinit. And.* 3. 5.
*In diem iſtuc eſt fortaſſe, quod minitare.*
*Tu jam pendebis, Parmeno. Eun.* 5. 7.

Zeit bringet Roſen. *Vulgo audio dici: Diem adimere ægritudinem hominibus. Heaut.* 3. 1.
*Ego nunquam tam aſtutus fui: ut ſpem precio emerem: & ſcirem ineſcare homines:*
*Quin quicquid poſſem, mallem auferre in præſentia. Adel.* 2. 2.

Marckt iſt verſeumet. *Ubi illinc* (à mercatu) *rediero:*
*Nihil eſt: refrixerit res: nunc demum venis? Ibid.*

## Bona externa & Fortunæ.

*Quid narrat?* Cl. *quid ille? ſe miſerum eſſe.* Ch. *miſerum? quem minus credere eſt?*
*Quid reliqui eſt, quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur bona:*
*Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, divitias.*
„ *Atq; hæc perinde ſunt: ut illius animus, qui ea poſſidet:*
„ *Qui uti ſcit, ei bona: illi, qui non utitur rectè, mala. Heaut.* 1. 2.

Sich an eiziem andern ſpiegeln.
An eines andern unfall ſich ſtoſſen.

## Exempla moralia virtutum & præmiorum, vitiorum ac pœnarum.

### Exemplo ſapere.

### Imitatio virtutum ac vitiorum.

*Quid iſtuc tam mirum eſt? de te ſi exemplum capit.*
*And. 4. 1.*
*Me hoſpitem lites ſequi, quàm hic mihi ſit facile*
*atq; utile:*
*Aliorum exempla commonent. And. 4. 4.*
*Aequum eſt, vos cognoſcere atq; ignoſcere*
*Quæ veteres factitarunt, ſi faciunt novi. Eun. Prol.*
*Habet poëta bonorum exemplum: quo exemplo ſibi*
*Licere id facere, quod illi fecerunt, putat. Hea. Prol.*
*Scitum eſt, periculum ex alijs facere, tibi quod ex uſu*
*ſiet. Heaut. 1. 2.*
*Non tu te cohibes? non te reſpicis?*
*Non tibi ego exempli ſatis ſum? Heaut. 5. 1.*
*Si conferendum exemplum eſt: non fratrem vides*
*Rei dare operam: ruri eſſe parcum ac ſobrium? Ad. 1. 2.*
*Inſpicere tanquam in ſpeculum, in vitas omnium*
*Iubeo: atq; ex alijs ſumere exemplum ſibi.*
*Hoc facito. S. rectè ſanè. D. hoc fugito S. callidè.*
*D. Hoc laudi eſt. S. iſthæc res eſt. D. Hoc vitio datur.*
*S. Probiſſumè. Ad. 3. 4.*
*Adeò hoc indignum tibi videtur, filius*
*Homo adoleſcens, ſi habet unam amicam; tu uxores*
*duas? mih Phor. 5. 9.)*
*Nihil pudere, Quo illum ore objurgabis? reſponde*

Was die zeit leidet.

## Occaſio: Tempus tempeſtivum, oportunum: Oportunitas, καιρὸς.

*Veni in tempore. And. 4. 4.*

*Charine, in tempore ipſo mihi advenis.* Ch. *benè factum. And. 5. 5.*

Gleich wie ich geruffen were.

*In tempore ad eam veni: quod rerum omnium eſt primum. Heaut. 2. 3.*

*Vbinam Getam invenire poſſum?*

*Vt rogem, quod tempus conveniundi patris me capere jubeat. Phor. 5. 4.*

*Summa eludendi occaſio eſt mihi nunc ſenes:*
*Et Phædriæ curam adimere argentariam. Ph. 5. 7.*

*Incepi; dum res tulit: nunc non fert: feras. And. 5. 1.*

*Pater, oportunè advenis. Heaut. 1. 2.*

*Tu, ut tempus eſt diei, vide ſis, ne quo hinc abeas longius. Heaut. 1. 2.*

*An ego occaſionem mihi oſtenſam tantam, tam brevem, tam optatam, tam inſperatam*
*Amitterem? tum pol ego is eſſem verò, qui aſſimulabar. Eun. 3. 5.*

## Puellarum virtutes.

*Primùm hæc pudicè vitam, parcè ac duriter*
*Agebat, lanâ ac telâ victum quæritans.*
*Sed poſtquam amans acceſſit, precium pollicens;*
*Accepit conditionem: tum quæſtum occipit. And. 1. 1.*

*Fortè unam aſpicio adoleſcentulam,*
*Formâ bonâ, & vultu adeo modeſto, adeò venuſto, ut nihil ſuprà:*

*Formâ honeſtâ & liberali. And. 1. 1.*

*M. Pamphile, hujus formam atq; ætatem vides.*

*Nec clam te eſt, quàm illi utræq; res nunc utiles* (alij inutiles.)

*Et ad pudicitiam, & ad tutandam rem ſient. An. 1. 5.*

*Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum, quas matres ſtudent,*

*Demiſſis humeris eſſe; vincto pectore, ut graciles ſient,*

*Si qua eſt habitior paulò, pugilem eſſe ajunt: deducunt cibum:*

*Tametſi bona eſt natura; reddunt curaturâ junceas.*

*Iſthæc nova figura oris: color verus, corpus ſolidum & ſucciplenum. Flos ipſe. Eun. 2. 3.*

*Aedepol te, mea Antiphila, laudo, & fortunatam judico;*

*Id cum ſtuduiſti, iſti formæ mores ut conſimiles forent;*

*Minimeq́; (ita me dij ament) miror, ſi te ſibi quiſq; expetit.*

*Nam mihi, quale ingeniũ haberes, fuit indicio oratio.* „

*Et cùm egomet nunc mecum in animo vitam conſidero tuam;* „

*Omniumq; adeò veſtrarũ, vulgò quæ ab ſe ſegregant;*

*Expedit bonas eſſe vobis. Heaut. 2. 4.*

Fromb ſeyn/ ſchadet niemand.

Fromb ſeyn/ iſt junger Mägdelin beſter Schmuck.

*Virgo pulcra: & quò magis diceres;*

*Nihil aderat adiumenti ad pulcritudinem.*

*Capillus paſſus nudus pes ipſa horrida:*
*Lacrumæ veſtitus turpis, ut ni vis boni*
*In ipſa ineſſet forma: hæc formam extinguerent.*
*Civem eſſe Atticam; Bonam; bonis prognatam.*
*Phor. 1. 2.*

## Oratio; Sermo, Index animi.

*Mihi quale ingenium haberes, fuit indicio oratio.*
„ *Heaut. 2. 4.*
„ Den Vogel am Geſange/ Den Topff am Klange.

## Conjugij & Conjugium bona ac mala.

*Omnes qui amant, graviter ſibi dari uxorem ferunt.*
*And. 1. 2.*
*Vobis* (conjugibus) *cum uno ſimul ubi ætatem agere decretum eſt viro:*
*Cujus mos maxime eſt conſimilis voſtrûm; hi ſe ad vos applicant.*
*Hoc beneficio utriq; ab utriq; verò devincimini:*
*Ut nunquam ulla amori veſtro incidere poßit calamitas.* Et:
*Neſcio alias: Me ſcio quidem ſemper feciſſe ſedulò, ut Ex illius commodo meum compararem commodum. Heaut. 2. 4.*
*Porto hoc jurgium ad uxorem:*
*Atq; in eam hoc omne, quod mihi ægrè eſt, evomam.*
*Hec. 3. 5.*
*Abi rus hinc. Ibi ego te, & tu me feres. Hec. 4. 3.*
*Alijs, quia deſit quod amant, ægre eſt; tibi, quia ſuperest, dolet.*

Nam

*Nam tua quidem hercle certè vita hæc expetenda optandaq; eſt,*
*Vt ne addam, quod ſine ſumtus, ingenuam, liberalem nactus es:*
*Quod habes, ita ut voluiſti, uxorem, ſine malâ famâ: palàm*
*Beatus: ni unum hoc deſit; animus, qui modeſtè iſtuc ferat. Phor. 1, 3.*

## Αὐτάρκεια: Modeſtia contenta parvo.

*Omnia habeo: neq; quicquam habeo.*
*Nihil cùm ſit, nihil deſit tamen. Eun. 2. 2.*

## Mores boni & mali: probi & vicioſi.

*Heus tu, vide ſis, ne quid imprudens ruas.*
*Patrem noviſti, ad has res quam ſit perſpicax.*
*Ego te autem novi, quam eſſe ſoleas impotens:*
*Inverſa verba; everſas cervices tuas;*
*Gemitus, ſcreatus, tuſſeis, riſus abſtine. Heaut. 2. 3.*
*Aedepol te, mea Antiphila, laudo, & fortunatam judico.*
*Id cùm ſtuduiſti, iſti formæ mores ut conſimiles forent, Heaut. 2. 4.*

Wer ihm genügen leſt/der hat genug.

## Ingenium.

*Mihi, quale ingenium haberes, fuit indicio oratio. Heaut. 2. 4.*

Dem Vogel am Geſange/ Den Topff am Klange.

„ Cotidianæ vitæ conſuetudo, cujusq; ingenium ut ſit,
„ declarat maxime. Heaut. 2. 3.
Studendum, formæ mores ut conſimiles forent.
Heaut. 2. 4.

## Periculum.

Jocularium in malum inſciens penè incidi. And. 4. 4.
Non fit ſine periculo facinus magnum & memorabile. Heaut. 2. 3.

Wer gewinnen wil/ muß auffſetzen.
Wagen gewinnet/ Wagen verleuret.

Vis potiri: vis effici: Tuum eſſe in potiundo periculum non vis. Haud ſtultè ſapis.
Si quidem id ſapere eſt; velle te id, quod non poteſt contingere.
Aut hæc cum illis ſunt habenda: aut illa cum his amittenda ſunt.
Harum duarum conditionum nunc utram malis, vide. Heaut. 2. 3.
Niſi me animus fallit; haud multum à me aberit infortunium:
Ita hercle in anguſtum oppidò nunc meæ coguntur copiæ: Niſi aliquid video, ne reſciſcat ſenex.
Triumpho, ſi licet me latere tecto abſcedere.
Heaut. 4. 2.

Wenn ich mit der haut davon komme.

Adeò rem redyſſe, ut periculum etiam fame mihi ſit Heaut. 5. 2.
Etiam nunc me quærere in malo jubeas crucem?
Phor. 3. 3.

Huic mandes, qui te ad ſcopulum è tranquillo infe-
rat. Phor 4. 4.

Quid fiet? in eodem luto hæſitas: vorſuram ſolves.

Præſens quod fuerat malum, in diem abiit: plagæ
creſcunt. Niſi proſpicis. Phor. 2. 5.

Ego nullo poſſum remedio me exolvere ex his turbis;
Quin ſi hoc celetur, in metu; ſin pateſit, in probro
ſim. Phor. 5. 4.

## Audacia. Confidentia.

Pater adeſt: cave, te triſtem eſſe ſentiat. And. 2. 2. Wer ſich fürchtet dē jaget man.

Pater venit meditatus alicunde ex ſolo loco.
Proinde tu face, apud te ut ſies. And. 2. 3.

Vah, conſilium callidum! And 3. 4.

Pro te (Eunucho) frater huc deductus eſt?
Iupiter magne, ô ſceleſtum atq; audacem hominem!
Eun. 4. 4.

Non fit ſine periculo facinus magnum & memorabi-
le. Heaut. 2. 3.

Wer ſpielen wil/muß aufſſetzen.

Hem iſtuc fieri eſt officium, In me omnis ſpes mihi eſt.
Phor. 1. 2.

Ich wage es auff meine Ebenthewer.

Non poteſt celari noſtra diutius jam audacia.
Quæ ſi non aſtu providentur; me aut herum peſſun-
dabunt. Phor. 1. 4.

Ergo iſthæc cum ita ſint: tantò magis te advigilare
æquom eſt.

Forteis fortuna adjuvat. An. non ſum apud me G. Man muß ſich nicht ſelbſt verrathen.
atqui opus eſt nunc cum maxime, ut ſis.

Nam ſi ſenſerit te timidum pater eſſe: arbitrabitur,
Commeruiſſe culpam. Ph. hoc verum eſt. Phor. 1. 4.
Hem iſtuc ſerva: & verbum verbo, par pari ut reſpondeas:
Ne te iratus ſuis ſævidicis dictis protelet. Phor. 1. 4.
Ad te ſumma ſolùm, Phormio, rerum redit.
Tute hoc intriſti: tibi omne excdundum: accingere. Phor. 2. 2.

Metaph. ab acie milit. Die Schlachtordnung iſt gemacht.

Cedò ſenem: jam inſtructa ſunt mihi corde conſilia omnia: ut ex crimine hoc
Antiphonem eripiam: atq; in me omnem iram derivem ſenis.
G. O vir fortis atq; amicus. Verùm hoc ſæpe, Phormio,
Vereor, ne iſthæc fortitudo in nervum erumpat deniq;. Ph. Ah.
Non ita eſt: factum eſt periculum: jam pedum viſa eſt via.
Quot me cenſes homines jam deverberaſſe uſq; ad necem?
Hoſpites? tum cives? quò magis novi, tantò ſæpius.
Cedò dum: en unquam injuriarum audiſti mihi ſcriptam Dicam?
G. Quid iſtuc? Ph. quia non rete accipitri tenditur, neq; milvio,
Qui malè faciunt nobis: illis, qui nihil faciunt, tenditur:
Quia enim in illis fructus eſt; in illis opera luditur.
Alijs aliunde eſt periculum, unde aliquid abradi poteſt,

Mihi

*Mihi ſciunt nihil eſſe. dices; ducent damnatum domum:*
*Alere nolunt hominem edacem: & ſapiunt meâ ſententiâ,*
*Pro maleficio ſi beneficium ſummum nolunt reddere, Phor. 2. 2.*
*Hi gladiatorio animo ad me affectant viam.*
*Itá ne agitis mecum? ſatis aſtutè aggredimini. Phor. 5. 8.*
*Tantá ne affectũ quemquam eſſe hominem audaciâ!*
*Non'n hoc publicitus ſcelus hinc deportarier*
*In ſolas terras? Phor. 5. 8.*

## Experientia: Experiri: Periclitari, Periculum facere.

*Quí ſcis ergo iſtuc? niſi periculum feceris? And. 3. 3.*
*Periculum in filiâ fieri grave eſt. And. 3. 3.*
*Experiundo ſcies 2*

**Was toug unverſucht?**

## Similis ſui: Conſtantia.

*Optime hoſpes, pol Crito, antiquum obtines. An. 4. 4.* Aequalitas: Aequales.

**Du biſt die alte Haut.**

## Similes ſimili. Similium amicitia, Similium procreatio.

*Hanc ego mihi expetivi: cõtigit: conveniunt mores.*
*Valeant, qui inter nos diſcidium volunt.*
*Hanc, niſi mors, mihi adimet nemo. And. 4. 2.*
*Hem alterum. Ex homine hunc natum dices. Eu. 3. 2.*

Appa-

*Apparet, ſervum hunc eſſe domini pauperis,*
*Miſeriq;. Nam hercle nemo poſſet, ſat ſcio,*
*Qui haberet, qui pareret alium hunc perpeti.* Eu. 3. 2.
*Quid tibi ego multa dicam? domini ſimilis es.*
Eun. 3. 2.
*Concede hinc domum: Ne nos inter nos congruere ſentiant.* Heaut. 3. 1.
*Adjutabo ſenem,*
*Ita ut filium meum amico atq; æquali ſuo*
*Video inſervire, & ſocium eſſe in negocijs.*
*Nos quoq; ſenes eſt æquum ſenibus obſequi.* Heaut. 3. 1.
*Deos tuo ex ingenio judicas;*
*Vt nihil credas intelligere, niſi ſi idem dictum eſt centies* Heaut. 5. 1.
*Metuis, ne non convincas, eſſe illum tuum;*
*Id quod eſt conſimilis moribus;*
*Convinces facile, ex te natum. Nam tui ſimilis eſt probè.*
*Nam illi nihil vitij eſt relictum, quin id itidem ſit tibi*
*Tum præterea talem, niſi tu, nulla páreret filium.* Heaut. 5. 3.

Mauß wie Mutter.

*Tuus hercle vero & animo & naturâ pater.* Ad. 5. 7.
*Nunc tu mihi es germanus pariter corpore & anima.* Adel. 5. 8.

Iſt einer fromb / ſo ſind ſie alle fromb.

*Ecce autem, ſimilia omnia, omnes congruunt.*
*Vnum cognoris, omnes noris.*
*Hic in noxia eſt: ille ad defendendam cauſſam adeſt.*
*Cùm ille eſt: (innoxiâ) his præſto eſt: tradunt mutuas operas.*

Nam

*Nam ni ita eſſet; cum illo haud ſtares, Phædria. Phor. 2. 1.*

*Videas te atq; illum, ut narras. Phor. 2. 3.*

*Quam uterq; eſt ſimilis ſui! Phor. 3. 2.*

*Mulier mulieri magis congruit. Phor. 4. 5.*

Weiber Geſchirr gehöret zuſammen.

## Iocus, Iocari, Iocatio.

*Ioco ne an ſerio illæc dicat, neſcio. Heaut. 3. 2.*

Schimpff vnd Ernſt iſt gerne beyſammen.

*Modo liceat vivere, eſt ſpes. Cl. quæ? B. nos eſuritu-ros ſatis.*

*Cl. Irrides, in re tantâ. Heaut. 5. 2.*

## Mentiri Mendacium.

*Fingunt quandam inter ſe nunc fallaciam: Fabulæ. Mihi quidem hercle non ſit veriſimile: atqui ipſis commentum placet. And. 1. 3.*

*Nuptiarū gratiâ hæc ſunt ficta atq; incœpta omnia. Vbi ea cauſſa, quamobrem hæc faciunt, erit ademta, his deſinent. And. 5. 1.*

*Fabulam inceptat. And. 5. 4.*

*Iam ſatis credis, ſobriam eſſe me, & nihil mentitam tibi? Eun. 4. 4.*

*Quæ vera audivi, taceo, & contineo optumè. Sin falſum aut vanum, aut fictum eſt; continuò palàm eſt. Eun. 1. 2.*

*Non eſt mentiri meum. Heaut. 3. 2.*

Ein fromb Mann ſol nicht liegen.

Es ſtehet nicht fein/ wenn man leuget.

Nolo

Nolo mentiare. Aperte, ita ut res ſeſe habet, narrato. Heaut. 4. 3.

Gerade zu/ macht gute Renner.

Liegen iſt Kunſt.

Quid dicam? S. nihil ne in mente eſt? Cr. nunquam quicquam. S. Tanto nequior.

Cliens, amicus, hoſpes, nemo eſt vobis? Cr. ſunt. quid poſtea?

S. Hiſce opera ut data ſit. Cr. quæ non data ſit? non poteſt fieri. S. poteſt.

Cr. Interdiu. Sed ſi hic pernocto; cauſſæ quid dicam? Syre.

S. Vah, quam vellem, etiam noctu, amicis operam mos eſſet dari.

Quin tu ocioſus es: Ego illius ſenſum pulcre calleo.

Laudarier te audit libenter. Ad. 4. 1.

Si quid rogabit; nuſquam tu me: audiſtin'? Ad. 4. 1.

Facis injuriam, cum fingis falſas cauſſas ad diſcordiam. Hec. 4. 4.

Idem hoc tibi, quod bene premeritus fueris, conduplicaverit. D. Verba iſthæc ſunt. Phor. 3. 2.

Fabulæ: Logi: Somnium: Garris modo. 3. 2.

Non is obſecro es, quem ſemper te eſſe dictitaſti? Ch. St.

Verum iſthoc de nomine. Eo perperam olim dixi: ne vos forte imprudentes foris

Effutiretis. Phor. 5. 1.

## Ornatus puellaris.

Sine auro tum ornatam offendimus, ita, uti quæ ornantur ſibi:

*Nulla, malâ, re ex politam muliebri:*
*Capillus paſſus, prolixus, circum caput*
*Rejectus negligenter; pax. Heaut. 2. 3.*

## Securitas: Tutum. Ocium.

*Nunc hujus periculo fit: ego in portu navigo. An. 3. 1.*
*Ego commodiorem hominem, adventum tempus non vidi.*
*Omnis res eſt jam in vado. An. 5. 2.*
*Id voluit; nos ſic nec opinanteis duci falſo gaudio.*
*Speranteis, jam amoto metu, interea oſcitanteis opprimi:*
*Ne eſſet ſpacium cogitandi ad diſturbandas nuptias. And. 1. 2.*
*Ademtum tibi jam faxo omnem metum,*
*In aurem utramvis ociose ut dormias. Heaut. 2. 3.*
*Videndum eſt, amici quoq; res tui in tuto ut collocentur. Heaut. 4. 3.*
*Dormiunt. Ego pol iſtos commovebo. Heaut. 4. 4.*
*In tuto eſt omnis res. Omitte verò triſticiam tuam. Adel. 2. 4.*
*Poſtquam id evenit, cedò,*
*Nunquid circumſpexti? aut nunquid tute proſpextâ tibi,*
*Quid fieret? quà fieret?*
*Quid? credebas, dormienti hæc tibi confecturos deos?*

Es wird dir eine gebratene Taube ins Maul fliegen.

*Nolim cæterarum rerum te ſocordem eodem modo. Adel. 4. 5.*

## Incredulitas. Diffidentia: Suſpicio.

wer leichtlich gleubt/ wird leichtlich betrogen.

*Non impulit me, hæc omninò ut crederem.*
*Atq; haud ſcio, an quæ dixit, vera ſint omnia.*
*Sed parvipendo. And 3. 2.*
*Tibi ego ut credam, furcifer.*
*Tu rem impeditam & perditam reſtituas? hem, quo fretus ſiem.*
*Qui me hodie, ex tranquilliſsimâ re conjeciſti in nuptias. And. 3. 5.*

Schadenfroh / vnnd Feindes Mund/ Redt nimmermehr aus Hertzen grund.

*Per ego te deos oro, ut ne illis animũ inducas credere,*
*Quibus id maxime utile eſt, illum meum filium eſſe, quàm deterrimum. And. 5. 1.*
*Nemo eſt meorum amicorum hodie,*
*Apud quem expromere omnia mea occulta audeam.*
*Apud alium prohibet dignitas; apud alium ipſius facti piget.*
*Ne ineptus, ne protervus videar. Heaut 3 3.*
*Age nunc, bellua, credis huic quid dicat.*
*Py. Quid iſti credam? res ipſa indicat.*
*Et: Mirum, ni tu credis, quod iſte dicat. Eun. 4. 4.*
*Si iſtuc crederem ſincere dici: quidvis poſſem perpeti Eun. 4. 2.*

### Sihe für dich / Trew iſt mißlich.

*Iam tum erat ſuſpicio,*
*Dolo malo hæc fieri omnia. Eun. 3. 3.*
*Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias*

Ita

*Ita ut ſit, ubi qvid in animo eſt moleſtiæ,*
*Aliam rem ex aliâ cogitare: & ea omnia in pejorem partem. Eun. 4. 2.*

*Hanc tu in ædeis cogitas*
*Recipere poſthac?* Th. *cur non?* Py. *crede hoc meæ fidei,*
*Dabit hic pugnam aliqvam denuò.* Th. *au, tace obſecro.*

Py. *Parum perſpexiſſe eius videre audaciam.*
Ch. *Non faciam, Pythias.* P. *non pol credo, Chærea: niſi ſi commiſſum non erit. Eun. 5. 2.*

Geſchichts / Man ſi-hets /

Ich trawe nicht weiter als ich ſehe.

*Timeo, ne aliud credam, atq; aliud nuncies. Hec. 5. 4.*
*Idem hoc tibi, qvòd benè promeritus fueris, conduplicaveris* Do. *verba iſthæc ſunt. Phor. 3. 2.*

Mit Worten betreugt man die Leute.

Zuſagen iſt adliſch / halten iſt tölpiſch.

Stultus malo ſapit.

*Poſthac incolumem ſat ſcio fore me: hoc nunc ſi devito malum. And. 3. 5.*

Piſcator ictus ſapit. Gebrant Kind fürchtet des Fewers.

Dißmal vnd nicht mehr.

Stulticia: Stoliditas.

*Hoc confiteor, jure mihi obtigiſſe, qvandoqvidem tàm iners, tàm nulli conſilij*
*Sum: ſervon' fortunas meas me commiſiſſe futili!*
*Ergo precium ob ſtultitiam fero. And. 3. 5.*

Narren ſol man mit Kolben lauſen.

Ironica & ſcoptica.

*Nunqvam ædepol hominem ſtultiorem vidi, nec videbo, Ah:*

*Non poſſum ſatis narrare, qvos ludos præbueris intus.*
*At etiam primò callidum & diſertum credidi hominem.*

Ein Narr gleubet alles.

*Qvid? illico'ne credere ea, qvæ dixi, oportuit te?* Eun. 5. 7.
*Idem ſi vobis prodeſt, vos non facere inſcitia eſt.* Eun. 5. 9.
*Fatuus eſt, inſulſus, tardus: ſtertit noctesq; & dies: Facilè pelias, ubi velis.*
*Satis diu hoc jam ſaxum volvo.* (Eun. 5. 9.
*Hunc comedendum & deridendum vobis propino.*
*Vin' tu homini ſtulto mihi auſcultare.* Heaut. 3. 3.

ἀςυσμὸς. Gar zu klug taug nichts.

*Ego me non tàm aſtutum, neq; ita perſpicacem eſſe; id ſcio:*
*Sed hic adjutor meus & monitor & præmonſtrator Chremes,*
*Hoc mihi præſtat. In me qvidvis harum rerum convenit,*
*Qvæ ſunt dicta in ſtultum: caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus.*

ἀπροσδόκη-τον. Gar höltzern iſt auch nichts.

*In illum nil poteſt. Nam exuperat eius ſtultitia hæc omnia.* Heaut. 5. 1.
*Meritò mihi nunc ego ſuccenſeo.*
*Qvot res dedere, ubi poſſem perſentiſcere?*
*Niſi eſſem lapis.* Heaut. 5, 1.
*Tu me omninò lapidem, haud hominem putas.* Hec. 2. 1.
*Filium narras mihi! cuius de ſtulticiâ dici ut dignum eſt, non poteſt.* Phor. 2. 3.
*Utrum ſtulticia facere ego hunc, an maliciâ*

*Dicam? ſcientem, an imprudentem? incertus ſum.*
*Phor. 4. 3.*
*Pergin' credere?* N. *Qvid ego obſecro*
*Huic credam? qvi nihil dixit.* Ph. *Delirat miſer*
*timore. Phor. 5. 9.*

## Vita humana: vitæ genera & officia diverſa.

*Ex meo propinquo rure hoc capio commodi:* Städtiſcher Bawr.
*Neq; agri, neq; urbis odium me unqvam percipit.*
*Ubi ſatias cœpit fieri, commuto locum. Eun. 5. 6.*
*Qvidvis ſatis eſt, dum vivat modò. Heaut. 4. 1.*
*Modò liceat vivere, eſt ſpes. Heaut. 5. 2.*
*Frater adeò diſſimili ſtudio eſt iam inde ab adoleſcentia.*
*Ego hanc clementem vitam urbanam, atq; ocium* Cœlibatus.
*Secutus ſum: & qvod fortunatum iſti putant,*
*Uxorem nunqvam duxi: ille contra hæc omnia,*
*Ruri agere vitam; ſemper parcè ac duriter* Coniugiũ.
*Se habere; uxorem duxit; nati filij*
*Duo. Inde ego hunc majorem adoptavi mihi.*
*Eduxi à parvulo: habui, amavi pro meo.*
*In eo me oblecto: ſolum id eſt charum mihi. Ad. 1. 1.*
*Nunc hæc dies aliam vitam, alios mores poſtulat.* Es gehet aus einem andern Faß.
*Andr. 1. 2.*
*Ita vita eſt hominum, qvaſi cùm ludas teſſeris.* Lebens ziel iſt Würffelſpiel
*Si illud, qvod maximè opus eſt jactu, non cadit,*
*Illud, qvod cecidit fortè, id arte ut corrigas. Ad. 4. 7.* Da lernet niemand aus.
*Nunqvam ita qviſqvam benè ſubducta ratione ad vitam fuit.*

*Qvin res, ætas, uſus ſemper aliqvid apportet novi;*
*Aliqvid moneat, ut illa, qvæ te ſcire credas, neſcias;*
*Et qvæ tibi putâris prima, in experiundo repudies.*
*Quod mihi nunc evenit: nam ego vitam duram, qvam vixi uſq; adhuc,*
*Propè jam excurſo ſpacio, mitto.*
*Ille, frater meus, ſuam ſemper egit vitam in ocio, in conviviis,*
*Clemens, placidus; nulli lædere os; arridere omnibus*
*Sibi vixit: ſibi ſumtum fecit. omnes benè dicunt, amant.*
*Ego ille agreſtis, ſævus, triſtis, parcus, truculentus, tenax,*
Eheſtand Weheſtand. *Duxi uxorem: qvam ibi miſeriam vidi! &c.* *Adel. 5. 4.*

## Ignoſcentia.

*Tuum erit, ſi qvid præter ſpem evenit, ignoſcere.* *And. 4. 1.*

*Aeqvum poſtulat: da veniam. Sine te hoc exorem.* *And. 5. 3.*

*Pro peccato magno, paululum ſupplicij ſatis eſt patri. And. 5. 3.*

*Aeqvum eſt vos cognoſcere, atq; ignoſcere,*
*Qvæ veteres factitarunt, ſi faciunt novi. Eun. Prol.*

*Peccavi; fateor: vincor. Nunc hoc te obſecro;*
*Qvantò tuus eſt animus natu gravior, ignoſcentior;*
*Ut meæ ſtultitiæ, juſticia tua ſit aliqvid præſidij.*
*Heaut. 4. 1.*

*Malè te docet mea facilitas multa. Ibidem.*

*Credin' te impunè habiturum?* (abiturum) Ch. *unam hanc noxiam*
*Amitte: ſi aliam admiſero unqvam, occidito. En. 5. 2.*
*Pater, obſecro, mihi ignoſcas.* M. *da veniam, Chreme*
*Sine te exorent.* Clit *ſi me vivum vis, pater, ignoſce.*
So. *age Chreme mi.* M. *age qvæſo.*
*Ne tam obſirma te Chreme.* Ch. *qvid iſtuc?*
*Video non licere, ut cœperam, hoc pertendere.*
M. *Facis, ut te decet.* Ch. *Eâ lege hoc adeò faciam; ſi faciat,*
*Qvod ego hunc æqvum cenſeo. Heaut. 5. 5.*

*Ingenium novi tuum liberale: ſed vereor, ne indiligens nimium ſies.*
*Jam id peccatum primùm magnum: magnum; at humanum tamen.*
*Fecere alii ſæpè: item boni. Ad. 4. 5.*

*Ego eſſe in hac re culpam meritam, non nego.* Wenns geſchehen iſt/ ſo rede man das beſte dazu.
*Sed eam, qvæ ſit ignoſcenda. Phor. 5. 9.*
*Qvando jam accuſando fieri infectum non poteſt:*
*Ignoſce: orat, confitetur, purgat. Qvid vis ampliùs? Phor. 5. 9.*

*Imò ut iam meam ſcias ſententiam;*
*Neq; ego ignoſco, neq; promitto qvicqvam, neq; reſpondeo*
*Prius, qvàm gnatum videro: ejus judicio permitto omnia.*
*Qvod is jubebit, faciam.* Ph. *mulier ſapiens es. Phor. 5. 9.*

## Storgæ parentum: Maternæ: Paternæ: Philoſtorgia.

*Id omitto; Miſericordia: animus maternus. Hea. 4. 1.*

### Was vermag Mutter Hertz nicht?

*Matres omnes filiis in peccato adjutrices, auxilio in paternâ injuriâ*
*Solent eſſe. Id non fit.* Cl. *verum dicis? Qvid ergo nunc faciam?*
S. *Suſpicionem iſtanc ex illis qvære: rem profer palã.*
*Scibis; cujus ſis. Heaut. 5. 2.*
*Storgæ rapiunt nos extra nos, & à nobis ad liberorum ſalutem.*
*Multò magis debent nos rapere à nobis, ad ipſum Deum, autorem Storgarum & typum.*
*Si non eſt verum: ad miſericordiam ambos adduces citò: aut*
*Adoleſcens qvàm minimâ in ſpe ſitus erit:*
*Tàm facilimè patris pacem in leges conficiet ſuas. Heaut. 5. 2.*

### Ein frommer Vater iſt leicht zu erbitten.

*Pater, obſecro, auſculta.* M. *Aeſchine audivi omnia.*
*Et ſcio. Nam te amo: Qvò magis, qvæ agis, curæ ſunt mihi.*
Ae. *Ita velim me promerentem ames, dum vivas, mi pater. Ad. 4. 5.*
*Dii me, pater, omnes oderint, ni magis te; qvàm oculos nunc ego amo meos. Ad. 4. 5.*
*Ego qvoq; à meis me amari, & magnipendi poſtulo. Adel. 5. 4.*

Neceſſi-

## Neceſſitas: Contra voluntatem & conſilium agendi.

*Non licet hominem eſſe ſæpe ita, ut vult; ſi res non ſinit.*

*Nunc ita tempus eſt mihi, ut cupiam filiam: olim nihil minus. Heaut. 4. 1.*

*Si queam mutare: nunc cum non queo; æquo animo fero. Ad. 4. 5.*

## Tempus potentiſſimum: Mutat omnia.

*Non licet hominem ſæpe eſſe ita, ut volt, ſi res non ſinit.*

*Nunc ita eſt tempus mihi, ut cupiam filiam. Olim nihil minus. Heaut. 4. 1.*

## Spes: Spei fruſtratio.

*Num ille ſomniat ea, quæ vigilans voluit? And. 5. 5.* Hoffen und harren / Macht manchen Narren.

*Crucior, bolum tantum mihi ereptum tàm ſubitò è faucibus. Heaut. 4. 2.*

*Modò liceat vivere, eſt ſpes. Heaut. 5. 2.*

## Facilitas. Difficultas.

*Id faciam, in proclivi quod eſt. And. 4. 2.*

*Nihil tàm difficile, quin quærendo inveſtigari poſſit. Heaut. 4. 2.*

*Nulla eſt tàm facilis res, quin difficilis ſiet, Quam invitus facias. Heaut. 4. 6.*

*O fortunatiſsime Antipho, cui qvod amas. domi eſt.*
*Phor. 3. 2.*
Was man im Hauſe hat / darff man nicht kauffen.
*Injeci ſcrupulum. Phor. 5. 8.*

Aſtutia; aſtus: calliditas: veteratoria.

*~~Nunc opus eſt tuâ~~*
*Mihi ~~ad hanc rem expromtâ memoriâ atq; aſtutiâ.~~*
*Andr. 4. 3.*
Lügener müſſen ein gut Gedächtnis haben.
*Qvi vim tantam in me & poteſtatem habeo tantæ aſtutiæ,*
*Vera dicendo vt ambos fallam. Heaut. 4. 3.*
Mit der Warheit betreugt man die Leute.
*Voltus qvoq; hominum fingit ſcelus.* M. *Gnatus qvòd ſe aſsimulat lætum, id dicis?* Ch. *Id.*
*Veterator. Heaut. 5. 1.*
*Sed ille tuum qvoq; Syrus idem mirè finxit filium.*
*Ibid.* Sihe für dich / Welt iſt ſpitzich.
*Dictum ſapienti* (callido veteratori) *ſat eſt.*
*Phor. 3. 3.*
*Ego hominem callidiorem vidi neminem,*
*Qvàm Phormionem. Venio ad hominem, ut dicerem*
*Argento opus eſſe; & id qvo pacto fieret*
*Vix dum dimidium dixeram: intellexerat Phor. 4. 2.*

Spes aut Metus: aut Res inanis & vana: Vanitas.

Meum gnatum rumor eſt amare. D. id populus curat ſcilicet! And. 1. 2.

Fabulæ:

Mihi quidem hercle non fit veriſimile. At ipſis commentum placet. And. 1. 3.

Mitte id, qvod ſcio; dic, qvod rogo. And. 4. 4.

Fabulam inceptat. And. 5. 4.

At mihi unus ſcrupulus etiam reſtat, qui me malè habet P. dignus es

Cum tua religione, † odium. Nodum in ſcirpo qværis. And. 5. 4. †Apoſiopeſis.

Næ ille haud ſcit, qvàm mihi nunc ſurdo narret fabulam. Heaut. 2. 1.

Hem qvæ hæc eſt fabula? Eun. 4. 4.

Qvid? ſi redeo ad illos, qvi ajunt: Qvid ſi nunc cœlum ruat, Heaut. 4. 3.

Wenn der Himmel einfelt / ſind alle Vogel gefangen.

De argento ſomnium. Adel. 2. 1.

Es iſt noch frühe vmbs Gelt.

Actum agam, ubi illinc rediero.

Nihil eſt: refrixerit res. Nunc demum venis?

Cur paſſus? ubi eras? Adel. 2. 2.

Ego ſpem precio non emo. Adel. 2. 2.

Niſi, qvia tàm miſerè hoc eſſe cupio verum, eò vereor magis Ad. 4. 5.

Impunè optare iſtuc licet. Ille reviviſcet iam nunqvam. Hec. 3. 5.

Purgem me? laterem lavem. Phor. 1. 4.

Logi. Phor. 3. 2.

Ledig Stroh dreſchen. Ich käuffe die Haut nicht / ehe der Beer geſtochen iſt.

*At enim tædet, jam audire eadem millies. Phor. 3. 2.*
*Cantilenam eandem canis. Phor. 3. 2.*
*Non mihi credis?* Dor. *Fabulæ logi, ſomnium: garris modo. Phor. 3. 2.*
*Fabulæ Phor. 5. 8.*
*Verba fiunt mortuo. Phor. 5. 9.*
*Ego te complureis, advorſum ingenium meum, menſes tuli.*
*Pollicitantem, & nihil ferentem; flentem: nunc contra omnia*
*Repperi, qui det, neq; lacrumet: da locum melioribus. Phor. 3. 2.*
*Non pudet vanitatis?* D. *minimè; dum ob rem.* G. *Sterquilinium. Phor. 3. 2.*
*Somnium: utin' hæc ignoraret ſuum patrem! Ph. 5. 6*

## Sumtus: Impenſa: Sumtuoſus.

*Dii boni, quid turbæ eſt? ædes noſtræ vix capient, ſcio.*
*Quid comedent? quid ebibent? quid ſene erit noſtro miſerius? Heaut. 2. 3.*
*Satrapes ſi ſiet amator; nunquam ſufferre ejus ſumtus queat.*
*Unam ei cœnam, atq; ejus comitibus*
*Dedi: quod ſi iterum mihi ſit danda; actum ſiet.*
*Nam ut alia omittam; pitiſſando modò mihi*
*Quid vini abſumſit? ſic hoc dicens: aſperum,*
*Pater, hoc eſt, aliud lenius: ſodes vide.*
*Relevi omnia dolia, omnes ſerias.*
*Omnes ſollicitos habui: atq; hæc una nox.*

*Quid*

*Qvid te futurum cenſes, quem aſſiduè exedent? Heaut. 3. 1.*

*Faciat, quod lubet: Sumat, conſumat, perdat; decretum eſt pati. Heaut. 3. 1.*

*Sperabit, ſumtum ſibi ſenex levatum eſſe harunce abitu.*

*Næ ille haud ſcit, hoc paulum lucri quantum ei damni apportet. Heaut. 4. 4.*

*Illanccine mulierem alere cum tantâ familiâ?*
*Verùm ubi videbit, tantos ſibi ſumtus domi*
*Cotidianos fieri, nec fieri modum:*
*Optabit rurſum, ut abeat ab ſe filius. Heaut. 4. 5.*

*Decem dierum vix mihi eſt familia. Heaut. 5. 1.*

## Timor è malâ conſcientiâ.

*Non pol temerè eſt, quod tu tam times. Phor. 5. 9.*

## Damnum: Incommodum: Detrimentum.

*Vehemens in utramq; partem es nimis:*
*Aut largitate nimiâ, aut parſimoniâ.*
*In eandem fraudem ex hac re, atq; ex illa incides. Heaut. 3. 1.*

*Si puellam ſuſtulit: herus damno auctus eſt. Heaut. 4. 1.*

Viel Töchter/viel Vnglück/nach der Welt Mißtrew.

## Lucrum: Commodum: Quæſtus.

*Ditem & nobilem ſi redimat, magnum ineſſe in eâ lucrum, dicam. Heaut. 3.3.*

*Ne ille haud ſcit, hoc paulum lucri, qvantum ei damni apportet. Heaut. 4.4.*

*Pecuniam interdum negligere, maximum interdum eſt lucrum.*

*Metuiſti, ſi nunc de tuo jure conceßiſſes paululũ, atq;*
*Adoleſcenti eſſes morigeratus, hominum homo ſtultißime,*
*Ne non tibi iſtuc fœneraret? S. Ego ſpem precio non emo.*
*Sy. Nunquam rem facies: abi, neſcis ineſcare homines.*
*S. Credo, iſtuc melius eſſe: verùm ego nunqvam adeò aſtutus fui;*
Bahr Gelt macht den Kauff. *Qvin, qvicqvid poſſem, mallem auferre potiùs in præſentia. Adel. 2.2.*

## Extrema virtutum viciosa: nimia in utramque partem.

*Id arbitror, apprimè in vitâ eſſe utile: ut Ne qvid nimis. And. 1. 1.*

*Vereor, ne qvid in illum iratus, plus ſatis faxit pater. Heaut. 1. 2.*

Grim̃ vnd Eilenberg rathen nichts guts.

*Vehemens in utramq; partem es nimis,*
*Aut largitate nimiâ, aut parſimoniâ.*
*In eandem fraudem ex hac re, atq; ex illâ incides.*
*Heaut. 3. 1.*

Zu wenig vnd zu viel/
Iſt des Teuffels ziel.

Verùm

*Verum illud dicunt :* Jus ſummum, ſæpe ſumma malicia eſt. *Heaut. 4. 5.*

Allzuſcharff macht ſchertig.

*Cur perdis adoleſcentem nobis? cur amat? cur potat? cur tu his rebus ſumtus ſuggeris?*

*Veſtitu nimio indulges : nimium ineptus es :*

*Nimium ipſe durus eſt, præter æqvomq́; & bonum Ad. 1. 1.*

*Qvid iſtuc? Qvæ res tam repentè mores mutavit tuos?*

*Qvod proluvium? qvæ iſtæc ſubita eſt largitas? Adel. 5. 9.*

*Videndum eſt, ne qvid faciam plus, quòd me pòſt minus feciſſe ſatius ſit. Hec. 5. 1.*

*Qvære obſecro : ne qvid plus minus'ue faxit, qvod nos pòſt pigeat. Phor. 3. 3.*

*Voſtrapte culpâ facimus, ut malos expediat eſſe.*

*Dum nimium dici nos bonos ſtudemus & benignos.*

*Ita fugias, ne præter caſam, qvod ajunt. Non ne id ſat erat* Wirffs Beyl nicht zu weit.

*Accipere ab illo iniuriam etiam argentum eſt ultrò objectum;*

*Ut ſit, qvi vivat, dum aliqvid aliud flagitij conſiciat. Phor. 5. 2.*

## Omen. Præſagium.

*Neſcio, qvid profectò mihi animus præſagit mali.*

Clit. *Pergin', iſtuc prius dijudicare, qvàm ſcis, qvid veri ſiet? Heavt. 2. 2.*

*Dij vortant bene, qvod agis. Hec. 1. 2.*

Con-

## Conjectura.

*Multa in homine.*
*Signa inſunt: ex qvibus conjectura facile fit. Ad. 5. 3.*
*Ex aliarum ingeniis forſitan hic me judicat. Eu. 1. 2.*
*Ego de me conjecturam facio. Heaut. 3. 3.*
Siracid. Nimbs bey dir ſelber ab / was einem andern wol oder vbel gefellet.
*Planè hic divinat. Nam id eſt. Hec. 4. 4.*

## Pœnitentia facti: Emendatio, correctio vitæ.

*Dehinc poſtulo, ſive æqvum eſt, te oro Dave, ut redeat iam in viam. And. 1. 2.*
*Deos mihi ſatis ſcio fuiſſe irates, qvi auſcultaverim. And. 4. 1.*
*Propter Antiphilam in ſummâ infamiâ ſum, & meo patri minus obſeqvens.*
*Cuius nunc pudet me; & miſeret; qvi harum mores cantabat mihi;*
*Monuiſſe fruſtra: neq; potuiſſe eum unqvam ab hac me expellere.*
*Qvod tamen nunc faciam; Tum cùm gratum eſſe mihi potuit, nolui.*
Vngehorſam ſtrafft ſich ſelbs. *Nemo eſt miſerior me. Heaut. 2. 3.*
*Eheu qvàm ego nunc totus diſpliceo mihi!*
*Qvam pudet! neq; qvod principium incipiam ad placandum, ſcio. Heaut. 5. 4.*
*Ita velim me promerentem ames, dum vivas, mi pater;*

Vt me

*Ut me hoc delictum admiſiſſe in me, id mihi vehementer dolet;*
*Et me tui pudet.* M. *credo hercle. Nam ingenium novi tuum*
*Liberale: Sed vereor, ne indiligens nimium ſies.*
*Adel. 4. 5.*

Liberalis confeſſio, eſt liberalis ingenii.

## Jus & injuria: Virtus & vicium, judicantur è circumſtantiis Perſonarum, Locorum, Temporum.

*Mihi videre præter ætatem tuam*
*Facere, & præterqvam res te adhortatur tua.*
*Nam qvid vis tibi? aut*
*Qvid qværis? annos ſexaginta natus es;*
*Aut plus eò, ut conjicio: agrum in his regionibus*
*Meliorem, neq; precij majoris, nemo habet:*
*Servos complures: proinde qvaſi nemo ſiet,*
*Ita tute attentè illorum officia fungere. Heaut. 1.1.*
*Imò aliis ſi licet; tibi non licet.*
*Omnes te in lautâ & benè auctâ parte putant.*
*Heaut. 4. 5.*

Alte vnd reiche Leute ſollen nicht ſelbſt ſich abbeuten.

*Utut hæc ſunt facta; potius qvàm lites ſeqvar;*
*Meum mihi reddat, ſaltem qvanti emta eſt.*
*Adel. 2. 2.*
*Qvod vos jus cogit, id voluntate impetret.*
*Hæc primùm ut fiant, deos qvæſo, ut* [a] *vobis decet*
*Adel. 3. 5.*

An böſer Schuldt nimpt man Haberſtro.

[a] Helleniſmus: Græciſmus.

Beſſer mit willen/denn mit Recht.

*Hoc*

ª Pareleon vel Pleonaſmus comicè. Tugend und Recht/ ziert hoch Geſchlecht.

*Hoc tu facito ª dum animo cogites :*
*Qvam vos facilimè agitis, qvam eſtis maximè*
*Potentes, dites, fortunati, nobiles :*
*Tam maximè vos æqvo animo æqva noſcere*
*Oportet : ſi vos voltis perhiberi probos. Ad. 3. 5.*
*Non puduiſſe verberare hominem ſenem !*
*Qvem ego modo puerum tantillum in manibus geſtavi meis. Ad. 2. 2.*
*Me ſervom, qvi referire non audebam, vicit. Hui perfortiter. Ad 4. 2.*
*An ne hoc qvidem adipiſcar ego, qvod jus publicum eſt ? Phor. 2. 3.*
*Qvod te abſente hic filius*
*Egit ; reſtitui in integrum, æqvum eſt & bonum.*
*Et id impetrabis. Phor. 2. 4.*
*Mihi non videtur, qvod ſit factum legibus,*
*Reſcindi poſſe. Et turpe inceptu eſt. Phor. 2. 4.*
*Nos noſtro officio nihil egreßi ſumus : qvantum is voluit, datum eſt dotis. Phor. 4. 5.*

Willkür bricht Landrecht.

*Non ſat tuum te officium feciſſe ; ſi non id fama approbat. Phor. 4. 5.*
*His nunc præmiũ eſt, qui recta prava faciunt. Ph. 5. 2.*
*Non eſt æqvum, me propter vos decipi :*
*Cùm ego veſtri honoris causâ repudium alteri*
*Remiſerim : qvæ dotis tantundem dabat. Pho 2. 5 8.*
*Qvid ego nunc commemorem*
*Singillatim, qvalis in hunc fuerim ?*
*Meriton' hoc meo videtur factum ? D. minimè gentium. Ph. 5. 9.*

Super-

## Superſtitio. Katzenglauben.

*At mihi unus ſcrupulus etiam reſtat, qui me malè habet.* P. *Dignus es*
*Cum* [a] *tuâ religione;* [b] *odium: Nodum in ſcirpo quæris. And. 5. 4.*

a ἀποσιώπησις.
b Convicium metalepticum.

*Srultæ & miſerè omnes ſumus religioſæ mulieres.* Heaut. 4. 1.

*Ohè, jam deſine Deos, uxor, gratulando obtundere;*
*Tuam eſſe inventam gnatam: niſi illos tuo ex ingenio judicas:*
*Ut nihil credas intelligere, niſi ſi idem dictum eſt centies.* Heaut. 5. 1.

*At ego deos penateis hinc ſalutatum domum devortar.* Phor. 2. 1.

*Quot res poſt illa, monſtra evenerunt mihi:*
*Introijt in ædes ater alienus canis.*
*Angvis per impluvium decidit de tegulis:*
*Gallina cecinit: interdixit hariolus:*
*Aruſpex vetuit ante brumam aliquid novi*
*Negocij incipere.* Phor. 4. 4.

## Sapientiæ perſuaſio, Scioli.

Foris lynceus, domi talpa.

*Quid Syrus meus?* M. *neſcio equidem:*
*Miror, qui alia tam plenè ſcias.* Heaut. 5. 1.
*Nonnè id flagicium eſt, te aliis conſilium dare:*
*Foris ſapere: tibi non poſſe te auxiliarier?* Heaut 5.1.
*Rideo hunc: primùm ait ſe ſcire; is ſolus neſcit omnia.* Adel. 4. 2.

## Ira: Iracundia.

Zorn lege dich.

*Ah ne ſævi tantopere. And. 5. 2.*

*Nunc nihil magis vereor, quàm ne quid in illum iratus plus ſatis ſaxit pater. Heaut. 1. 2.*

Zorn ſol man ſtewren.

*Non tu te cohibes? non te reſpicis?*

Ira furor brevis eſt.

Ch. *Præ iracundiâ non ſum apud me.* M. *Ten' iſtac loqui? Heaut. 5. 1.*

*Me miſerum, vix ſum compos animi, ita ardeo iracundiâ*

*Nihil eſt, quod malim, quàm illam totam familiam dari mihi obviam;*

*Ut iram hanc in eos evomam omnem, dum ægritudo hæc eſt recens.*

*Satis mihi id habeam ſupplicij, dum illos ulciſcar modo. Ad. 3. 2.*

*Ibo: requiram fratrem, ut in eum hæc evomam. Ad. 3. 5.*

*Cum fervit maximè, tam placidum, quàm ovem reddo. Ad. 4. 1.*

Ironia.

*Agè, ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga. Andr. 4. 2.*

### Man ſol nicht Kolen zum Fewer tragen: Oel ins Fewer gieſſen.

*Jam verò omitte, Demea,*
*Tuam iſtanc iracundiam. Adel. 4. 7.*
*Tandem reprime iracundiam, atq; ad te redi.*
De. *Repreſſi; redij: mitto maledicta omnia:*
*Rem ipſam putemus. Ad. 5. 3.*
*Non maxumas, quæ maxumæ ſunt interdum iræ, injurias.*

Faci-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-796021-p0150-5

Faciunt. Nam ſæpe eſt, quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt:
Cùm de eadem cauſſâ eſt iracundus factus inimiciſſimus.
Pueri inter ſeſe quàm pro levibus noxiis iras gerunt! Hec. 3. 1.
Vide, ne impulſus ira, pravè inſiſtas, Pamphile.
Pam. Quibus iris impulſus, nunc in illam impulſus ſim;
Quæ nunquam quicquam erga me commerita eſt,
Quod nollem; & ſæpè meritam, quod vellem ſcio. Hec. 3.5.
Ecce autem, tu quoq; protervè iracundus es. Hec. 3.5.

Man ſol jhm nicht laſſen die Kühe nemen.

Decedet jam ira hæc: etſi meritò iratus eſt. Hec. 3 5.

Er wird verbrauſen.

Si compererit, crimini tua ſe falsò credidiſſe uxor:
Miſſam iram faciet. Sin autem eſt ob eam rem iratus gnatus:
Citò ab eo hæc ira decedet. Hec. 5. 2.
Adeon' rem rediiſſe, ut qui mihi conſultum optimè velit eſſe,
Patrem ut extimeſcam, ubi in mentem ejus adventi venit?
Quod ni fuiſſem incogitans; ita eum expectarem, ut par fuit.
Ph. Quid iſtuc eſt? An. rogitas? qui tam audacis facinoris mihi conſcius ſis.
Quod utinam ne Phormioni, id ſvadere, in mentem incidiſſet.

Remotæ cauſſæ conqueſtio. Zeuch dich ſelbſt bey der Naſen.

*Neu me cupidum impuliſſet; quod mihi principium eſt mali. Phor. 1.3.*

Utinam ne in nemore Pelio, &c.

*Quod ejus remedium inveniam iracundiæ?*
*Loquar ne? incendam: taceam? inſtigem.*
*Purgem me? laterem lavem. Phor. 1.4.*
*Ita ſum iratus, animum ut nequeam ad cogitandum inſtituere. Phor. 2.1.*

Einem zornigen Manne ſol man weichen.

*Minue verò iram. Phor. 2.3.*
*Parum né eſt, quod omnibus nunc nobis ſuccenſet ſenex?*
*Ni inſtigemus etiam? ut nullus locus relinquatur preci. Phor. 3.3.*
*Hiſce ego illam dictis ita tibi incenſam dabo,*
*Ut ne reſtinguas lacrumis, ſi extillaveris. Phor. 5.8.*
*Non hercle ex re iſtius me inſtigaſti, Demipho. Phor. 5.8.*

Der ſol mir das Gelagk bezahlen.

*Sic dabo: age nunc, age Phormionem, qui volet laceßito*
*Faxo tali eum mactatum, atq; hic eſt, infortunio. Phor. 5.9.*

## Deprecatio: Interceſsio: Deprecator.

*Nemo accuſat, Syre te: nec tu aram tibi,*
*Neq; precatorem pararis. Heaut. 5.2.*
*Ad Menedemum hinc pergam: eum*
*Precatorem mihi paro. Seni noſtro fidei nil habeo. Heaut. 5.2.*

Enim-

Enimvero Chremes nimis graviter cruciat adoleſcentulum,
Nimisq́; inhumanè. Exeo ergo, ut pacem conciliem. Heaut. 5. 5.
Ad precatorem abeam credo: qui mihi
Sic oret: nunc amitte, quæſo, hunc: cæterùm
Poſthac ſi quicquam: nihil precor. Tantummodò
Non addat: ubi ego hinc abiero, vel occidito. Phor. 1. 2.

## Exhæredatio. Exhæres.

Ubi cui decuit primò, tibi non licuit per te mihi dare.
Abij ad proximos, tibi qui erant: eis commiſi & credidi:
Ubi tuæ ſtulticiæ ſemper erit præſidium. Heaut. 5. 2.
Nunc filia, poſtquam eſt inventa vera, inventa eſt cauſſa, quâ te expellerent. Heaut. 5. 2.

## Abominatio.

Abi hinc in malam rem, cum ſuſpicione iſtac, ſcelus. And. 2. 1. Malam rem hinc abis. Eun. 3. 3.
Optata loquere. Heaut. 3. 3.
Au, obſecro. Iſtuc inimicis ſiet. Heaut. 5. 3.
Dij iſtæc prohibeant. Heaut. 5. 4.
Bona verba quæſo. And. 1. 2.
Dij mala prohibeant. Hec. 2. 1.
I in malam rem, cum iſthac magnificentiâ,
Fugitive: etiam nunc credis, te ignorarier,
Aut tua facta adeò? Phor. 5. 8.
Mi homo, dij melius duint. Perij miſera.

Wer dich kennet/der kauff dich nicht.

*Proh dij immortales; facinus indignum ac malum.*
*An quicquam hodie eſt factum indignius?*
*Phor. 5. 9.*

## Munus : Munerari : Remuneratio. Donum. Donatio. Meritum. Gratitudo : Memoria grati animi.

*Unum hoc ſcio, hanc meritam eſſe, ut memor eſſes ſui.*
*P. Memor eſſem! ô Myſis, Myſis: etiam nunc mihi*
*Scripta illa dicta ſunt in animo. And. 1. 5.*
*Ego neutiquam officium eſſe liberi puto,*
*Cùm is nihil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi. And. 2. 1.*
*Ego, Pamphile, hoc tibi pro ſervitio debeo;*
*Conari manibus pedibus, nocteſq; & dies;*
*Capitis periculum adire, dum proſim tibi. And. 4. 1.*
*Munus noſtrum ornato verbis, quod poteris. Eun. 2. 1.*
δῶρον, ἄδωρον. *Homo quatietur certè cum dono foras. Eun. 2. 3.*
*Magnas verò agere gratias Thais mihi?*
Gn. *Ingenteis* Th. *ain', læta eſt?* G *non tam ipſo quidem*
*Munere; quàm abs te datum eſſe: Id verò ſeriò triumphat. Eun. 3. 1.*
*Inveniam pol hodie, parem ubi referam gratiam,* (in malam partem, pro malè meritò) *Eun. 4 4.*
*Hic pro illo munere tibi honos eſt habitus. Eun. 5. 7.*
Ironia. Es iſt ein Widergelt. Nim mit dem Tranckgelde vor lieb.

*Hoc*

Hoc ſi effeceris, quodvis donum, præmium à me optato : id optatum auferes. Eun. 5. 9.
Memorem me dices eſſe & gratum. Ad. 2. 2.
Dij tibi, Demea, benè faxint, cum te video noſtræ familiæ
Tam ex animo factum velle. D. dignos arbitror. Adel. 5. 7.
De te largitor puer. Vergib was dein iſt. Ad. 5. 8.
Hegio his eſt cognatis, proxumus,
Affinis nobis, pauper : benè nos aliquid facere illi decet. Adel. 5. 8.
Nunc tibi me certum eſt contrà gratiam
Referre : ut apud me præmium eſſe poſitum pietatis ſcias. Hec. 4. 2.
Meritus de me eſt, quod queam, illi ut commodem. Hec. 5. 1.
Ego né te pro hoc nuncio quid donem? quid? quid? neſcio.
Ego né? Qui ab orco mortuum me, reducem in lucem feceris;
Sinam ſine munere à me abire? ah nimium me ingratum putas. Hec. 5. 4.
G. Non poteſt ſatis pro meritò ab illo tibi referri gratia.
Ph. Imò enim nemo ſatis pro meritò gratiam regi refert. Phor. 2. 2.
Idem hoc tibi, quòd benè promeritus fuéris, conduplicaverit. Phor. 3. 2.
Ita né hunc patiemur fieri miſerum, qui me dudum adjuvit comiter?

*Quin cum opus eſt beneficium, rurſum ei experimur reddere.* Phor. 3. 3.

*Diis magnas meritò gratias habeo atq; ago,*
*Quando evenere nobis hæc proſperè!* Phor. 5. 8.
*At ego ecaſtor poſthac tibi, quod potero, & quæ voles,*
*Faciamq; & dicam* Ph. *benignè dicis.* N. *pol meritum eſt tuum.*
Ph. *Vin! primùm hodie facere, quod ego gaudeam,*
*Et quod tuo viro oculi doleant.* N *cupio* Ph. *me ad cœnam voca.*
N. *Pol verò voco.* Phor. 5. 9.

## Proditio. Proditor. Indicium.

*Tu ſtultum adoleſcentulum nobilitas*
*Flagitiis, & eundem indicas. Uterq;* (pater & filius) *exempla in te edent.* Eun. 5. 7.
*Egomet meo indicio miſer, quaſi ſorex, hodie perij.* Eun 5. 7.

## Scortatio.

*Non eſt flagitium (mihi crede) adoleſcentulum*
*Scortari; neq; potare; neq; fores*
*Effringere, &c.* Obliqua inſectatio licentiæ
" Atticorum & Romanorum. Quod nova
" Comœdia non fuit auſa apertè repre-
" hendere; ut vetus.
*Tu homo, adiges me ad inſaniam.*
*Non eſt flagicium, facere hæc adoleſcentulum?* Ad. 1. 2.
*Habere amicam adoleſcentem.*

Id vi-

*Id vicium nunquam decrevi eſſe ego adoleſcentiæ:* Petitio principii. Turpe eſt turpe: ſive innatum, ſive non innatum.
*Nam id omnibus innatum eſt. Hec. 4. 1.*

Inſectatio poëtica flagiciorum publicorum.

*Ebræ. 13.* Scortatores & adulteros judicabit DEUS, &c.

Lenonia ars.

*Æſchine, audi: ne te ignarum fuiſſe dicas meorum morum:*
*Leno ego ſum: at ita, ut usquam fuit fide quisquam optuma. Ad. 2. 1.*
*Vah, leno iniqua me non volt loqui.* San.
*Leno ſum, fateor: pernicies communis adoleſcentium;* Ein chriſtlicher Huren-Sohn.
*Perjurus, peſtis: tamen tibi à me nulla eſt orta injuria. Ad. 2. 1*
*Quando eum quæſtum occeperis.*
*Accipiunda & muſſitanda injuria adoleſcentium eſt. Adel. 2. 1.*

Excuſatio: Purgatio: Juſta, injuſta Confeſsio.

*Eſſe id factum non negat:*
*Neq; ſe id pigere: & deinde facturum autumnat.*
*Habet bonorum exemplum: quo exemplo ſibi*
*Licere id facere, quod illi fecerunt, putat. Heaut. Prologo.*
*Tu quod te poſterius purges: nolle hanc injuriam mihi*
*Factam eſſe: hujus non faciam. Credo hoc. Ego jus meum perſequar.*

Neq; tu verbis ſolves unquam, quod mihi re maleſeceris.

Novi ego voſtra hæc: Nollem factum: jusjurandum dabitur, te eſſe

Indignum injuriâ hac. Indignis cùm egomet ſim acceptus modis. Adel. 2. 1.

Hoc quidem ferundum aliquo modo eſt.

Perſvaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia.

Humanum eſt. Adel. 3. 5.

Selb ſchüldig im Gewiſſen. ,, Purgatio ante accuſationem, portat quid peccati. Heaut. 4. 1.

Te ipſum purgare ipſis coràm, placabilius eſt. Ad. 4. 3.

Qui poſt factam injuriam ſe expurget, parum mihi proſit. Hec. 5. 1.

Animo virili præſentiq; ut ſis, para.

Vides, tuum peccatum eſſe elatum foràs.

Neq; jam id celare poſſe te uxorem tuam.

Nunc quod ipſa ex aliis auditura ſit;

Id noſmet indicare, placabilius eſt. Phor. 5. 8.

Ego me amare hanc fateor: ſi id peccare eſt; fateor id quoq;.

Tibi pater me dedo: quidvis oneris impone, impera.

Sine me expurgem: atq; illum huc coram adducam. And. 5. 3.

Ain tu, ubi peregrè, tibi quod lubitum fuit, feceris:

Venias mihi precibus lautum peccatum tuum. Phor. 5. 8.

Ego eſſe in hac re culpam meritam, non nego:

Sed eam, quæ ſit ignoſcenda,

Nam

*Nam neq́ negligentia tua, neq́ odio id fecit* [a] *tuo.*
*Vinolentus ferè abhinc annos quindecim. Phor. 5. 9.*
*Ignoſce: orat, confitetur, purgat, quid vis amplius?*
*Phor 5. 9.*

[a] Antique pro tui.

## Vis contra Jus.

Gewalt vor Recht.

*Quid hoc rei eſt? regnum né, Æſchine, hîc tu poßides?*
Ae. *Si poßiderem, ornatus eſſes ex tuis virtutibus.*
*Adel 2. 1.*
*Minimè miror, qui inſanire occipiunt ex injuria:*
*Domo me eripuit, verberavit, me invitò abduxit meam.*
*Ob mala facta hæc, tantidem emtam poſtulat ſibi tradier.*
*Homini miſero plus quingentos colaphos infregit mihi. Adel. 2. 1.*

## Conſuetudo præ Jure. Juris conceſsio: Clementia.

*Utut hæc ſunt facta: potiùs quàm lites ſequar:*
*Meum mihi reddat, ſaltem quanti emta eſt. Ad. 2. 2.*
*Quod vos jus cogit, id voluntate impetret;*
*Sin aliter animus voſter eſt; ego*
*Summâ vi defendam hanc, atq́ illum mortuum.*
*Adel 3. 5.*
*Paratæ lites: ſuccurrendum eſt. Adel. 5. 3.*

### Man ſol nicht Holtz zum Fewer tragen.

*Omnia hæc ſi voles in animo verè congitare. Demea.*
*Et mihi, & tibi, & illis demſeris moleſtiam. Ad. 5. 3.*
*Fortunatus, qui iſtoc animo ſies. Ad. 5. 3.*
*Re ipsa repperi,*

Glimphius eſt pluris, quam tota ſcientia iuris.

Faci-

Wer verhören kan/da wird Ehr aus.

Facilitate nihil eſſe homini melius, neq; clementiâ. Ad. 5. 4.

Non maximas, quæ maximæ ſunt interdum iræ, injurias Faciunt. Nam ſæpe eſt, quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt:

Cùm de eadem cauſſa eſt iratus factus inimiciſſimus. Hec. 3. 1.

Ego me, ſcio, caviſſe, ne ulla meritò contumelia

Fieri à vobis poſſet. Idq; ſi nunc memorare hic velim,

Quàm fideli animo & benigno in illam & clementi fui:

Verè poſſim, ni te ex ipsâ id magis velim reſciſcere.

Namq; eo pacto maxumè apud te meo erit ingenio fides:

Cùm illa, quæ nunc in me iniqua eſt, æqua de me dixerit. Hec. 3. 5.

Feindes Mund/ redt ſelten Grund.

Iſthuc eſt ſapere, qui, ubicunq; opus ſit, animum poſſis flectere.

Quod faciundum ſit pòſt fortaſſe, idem hoc nunc ſi feceris. Hec. 4. 3.

Facilem benevolumq; lingva tua jam tibi me reddidit. Hec. 5. 1.

Ein gut Wort findet eine gute ſtat.

Aliter ſi facis: ſed reprimam me: ne ægrè quicquam ex me audias. Hec. 5. 1.

Man muß nicht alles verantworten.

Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda æquum eſt ferre. Hec. 5. 3.

Ita ut dicis (in maledicum conviciatorem, ſeſe reprimentis) Phor. 2. 3.

Etſi

*Etſi mihi facta injuria eſt: veruntamen*
*Potius, quàm lites ſecter, aut quàm te audiam:*
*Itidem ut cognata ſi ſit, id quod lex jubet,*
*Dotem dare; abduce hanc: minas quinq; accipe.*
*Phor. 2. 3.*

*Cur non vides, inter vos ſic hæc potius cum bonâ ut componantur gratiâ, quam cum mala?* — Sühnlich/ allzeit beſſer dan Kühnlich.
*Herus liberalis eſt & fugitans litium. Phor. 4. 3.*
*Eia ſudabis ſatis, ſi cum illo inceptas homine: ea eloquentia eſt.*
*Verùm, pone eſſe victum eum: at tandem tamen*
*Non capitis ejus res agitur; ſed pecuniæ Phor. 4. 3.* — Es gilt nicht Hals obhawen.
*Sat ſcio, ſi tu aliquam partem æqui boniq; dixeris:*
*Ut ille eſt bonus vir; tria non commutabitis*
*Verba hodie inter vos. Phor. 4. 3.*
*Agedum, ut ſoles, Nauſiſtrata, fac ut illa placetur nobis,*
*Ut ſuâ voluntate id, quod eſt faciundum, faciat.*
*Phor. 5. 3.*

## Dimidium plus toto. Minus præ majore malum.

Beſſer ichts denn nichts.

*In diem iſtuc eſt fortaſſe, quod minitare, Parmeno:*
*Tu jam pendebis. Eun. 5. 7.* — Galgenfriſt iſt auch eine Friſt.
*Quod ſi ego reſciſſem prius: quid facerem? ſi quis nunc me roget;*
*Aliquid facerem, ut hoc ne facerem. And. 1. 5.*
*Vide, ſi ſatis placet:*
*Potius, quàm venias in periculum,*
*Serves ne, an perdas totum: dividuum face. Ad. 2. 2.*

Ege-

Das Leben iſt lieb. *Egeſtas me impulit, ut id conſulerem: interea vita ut in tuto foret. Phor. 5. 1.*

## Laus: Laudatio.

*O frater, frater, quid ego te nunc laudem? ſatis certò ſcio:*
*Nunquam ita magnificè quicquam dicam, id virtus quin ſuperet tua.*
*Itaq; unam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror:*
*Fratrem homini nemini eſſe primarum artium magis principem. Ad. 2. 3.*
*Feſtivum caput: qui omnia ſibi poſtputârit eſſe præ meo commodo. Ad. 2. 3.*

Vorwerts loben iſt verdächtig. *O mi germane: ah vereor, coràm in os te laudare amplius:*
*Ne id aſſentandi magis, quâm quod habeam gratum, facere exiſtumes.*
*Agè inepte: quaſi nunc non norimus nos inter nos.*
*Non, quia ades præſens, dico hoc.*
*Tu, quantus quantus, nil niſi ſapientia es. Ad. 3. 4.*

### Voller Klugheit / wie der Hund voller Flöhe.

Der Mann verderbet niemand. *Homo antiquâ virtute & fide:*
*Haud citô mali quid ortum ex hoc ſit publicè. Adel. 3. 4.*
*Laudarier te pater audit libenter. Facio te apud illum Deum:*
*Virtutes narro tuas. Homini illicò lacrumæ cadunt, Quaſi*

*Quaſi puero, gaudio. Ad. 4. 1.*
*Laudo, Cteſipho: patriſſas: abi: virum te judico. Adel. 4. 2.*

## Deſperabundum. Deſperatio.

*Hoc ſi fit, pereo funditùs.*
*Adeon' hominem eſſe invenuſtum aut infelicem quēquam, ut ego ſum! And. 1. 5.*
*Væ miſero mihi!*
*Ut animus in ſpe atq; in timore uſq; ante hac attentus fuit:*
*Ita, poſtquam ademta ſpes eſt; laſſus, curâ confectus, ſtupet. And 2. 1.*
*Interea fiet aliquid ſpero. P. id aliquid nihil eſt. C. ô Pamphile:*
*Ad te venio, ſpem, ſalutem, auxilium, conſilium expetens.*
*P. Neq; pol conſilij locum habeo, neq; auxilij copiam.*
*C. Si id facis, hodiè poſtremum me vides. And. 2. 1.*
*Perij; interij: quid timeas ſcio.*
*C. Mea quidem herclè certè in dubio eſt vita.*
*D. Nihil pericli eſt. Me vide And. 2. 1.*
*Nullus ſum. Quid cauſſæ eſt, quin hinc in piſtrinum rectâ proficiſcar viâ.*
*Nihil eſt preci loci relictum: jam perturbavi omnia: occidi.*
*Utinam mihi eſſet aliquid hic, quò nunc me præcipitem darem. And. 3. 4.*
*Deſine: jam conclamatum eſt. Eun. 2. 3.*
*Perij herclè: Actum eſt. Aliud ex alio malum. Eu. 5. 6.*

Nun-

*Nunquam dubites, quin ego perpetuò perierim! Gn. ſine dubio opinor. Eun. 5. 9.*
*Nunc illud eſt, quod ſi omnes omnia ſua conſilia conferant,*
*Atq; huic malo ſalutem quærant: auxilij nihil afferant:*
*Quod mihiq; heræq; filiæq; herili eſt. Væ miſero mihi.*
*Tot res repentè circumvallant; unde emergi non poteſt:*
*Vis, egeſtas, injuſticia, ſolitudo, infamia. Adel. 3. 2.*
*Perijmus: actum eſt. Hem perij. Væ miſeræ mihi. Me miſeram. Ad. 3. 2.*
*O Jupiter, hanccine vitam? hoſcine mores? hanc dementiam?*
*Uxor ſine dote veniet? intus pſaltria eſt.*
*Domus ſumtuoſa: adoleſcens luxu perditus.*
*Senex delirans: Ipſa, ſi cupiat, ſalus,*
*Servare prorſus non poteſt hanc familiam. Ad. 4. 7.*
*Perij: quid ego egi? in quod me conjeci malum?*
*Non potero hoc ferre: perij miſer. Hec. 1. 2.*
*Omnibus modis miſer ſum: nec quid agam ſcio.*
*Tot nunc me rebus miſerum concludit pater: Hec. 4. 4.*
*Ita pleriq; ingenio ſumus omnes: Noſtri noſmet pœnitet. Phor. 1. 3.*
„ *Ego in eum incidi infelix locum:*
*Ut neq; mihi ejus ſit amittundi, nec retinendi copia. Phor. 1. 3.*
*Nullus es Geta: niſi aliquod jam tibi celere repereris (conſilium,*
*Ita nunc imparatum ſubitò tanta te impendent mala.*

*Quæ*

*Qvæ neq; uti devitem ſcio; neq; qvo modo me inde extraham. Phor. 1. 4.*

*Nam qvod ego huic nunc ſubitò exitio remedium inveniam miſer?*

*Qvod ſi eò meæ fortunæ redeunt, abs te ut diſtrahar, Nulla eſt mihi vita expetenda. Phor. 1. 4.*

*Non ſum apud me. Non poſſum immutarier.*

*G. Qvid faceres, ſi aliqvid gravius tibi nunc faciundum foret?*

*A. Cùm hoc non poſſum: illud minùs poſſem. G. hoc nihil eſt; ilicet. Phor. 1. 4.*

*Qvod ſi ſit; uti me excutiam, atq; egrediar domo, Id reſtat: nam ego meorum ſolus ſum meus. Ph. 4. 1.*

*Operâ tuâ ad reſtim mihi qvidem res redÿt planiſſumè. Phor 44.*

*Nullus ſum: ſepultus ſum. In id redactus ſum loci; Ut qvid agam cum illo, neſciam prorſum. Phor. 5 8.*

*Non mihi reſpondes? Ph. hicci'ne ut tibi reſpondeat?*

*Qvi hercle, ubi ſit, neſcit.*

*Abi, tange; ſi non totus friget, me eneca, Phor. 5. 9.*

*Exeqvias Chremeti: qvibus eſt commodum ire. Iam tempus eſt. Phor. 5. 9.*

## Sæculi aut Temporis mores: vis conſvetudinis.

*Hocci'ne ſæculum? O ſcelera; ô genera ſacrilega. Adel. 3. 2.* Inſectatio licentiæ ſæculi.

*Qvis homo pro mœcho unqvam vidit in domo meretriciâ.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-796021-p0165-9

Deprehendi qvenqvam? qvod ego nunqvam vidi fieri. Eun. 5:5.

Was vor Alters Schande war/das iſt jetzt Ehre.

Non eſt flagitium (mihi crede) adoleſcentulum ſcortari; neq; potare; neq; fores effringere &c. ſcilicet his moribus. Ad. 1. 2.

Stulticia eſt, non pudor, tam ob parvolam Rem, penè ex patria &c. Scilicet his moribus, ut æſtimatur. Ad. 2. 4.

Fromme Leute ſind bey vns ſeltzam,

Dij boni, Næ illiusmodi jam nobis magna civium Penuria eſt: homo antiqvâ virtute & fide. Qvàm gaudeo, ubi jam & eius generis relliqvias Reſtare video: Vah, vivere etiam nunc lubet. Adel. 3. 4.

## Conſcientia: & vis hujus in utramqve partem.

Qvem præſtolare, Parmeno, hîc ante oſtium?
Pa. Qvis homo eſt? ehem, ſalvom te advenire, here, gaudeo.
Se. Qvem præſtolare? Pa. Perij: lingva hæret metu. Se. hem.
Qvid eſt? qvid trepidas? ſatis'ne ſalvè? dic mihi.
Pa. Here, primùm te arbitrari id, qvod res eſt, velim:
Qvicqvid huius factum eſt, culpâ non factum eſt meâ.

Böſe Gewiſſen klaget ſich ſelber an.

S. Qvid? Pa. rectè ſanè: opertuit prænarraſſe me. Eun. 5 6.

An pœnitebat flagicij, te authore qvod feciſſet Adoleſcens; ni miſerum inſuper etiam patri indicares? Eun. 5. 7.

Böſe Gewiſſen ruhet nicht/ Machet ſich ſelbſt ſelbſt zu ſchanden.

*Qvando ego conſcia mihi ſum, à me culpam eſſe hanc procul; neq;* Gut Gewiſſen iſt frewdig.

*Precium, neq; rem ullam intercesſiſſe, illâ aut me indignam;*

*Experiar.* Adel. 3. 2.

*Non poſſum adeſſe: egomet me novi & peccatum meum.* Böſe Gewiſſen iſt ſchüchter.

*Vobis commendo vitam meam.* Phor. 1. 4.

## Excuſatio ante accuſationem:

*Here, primùm te arbitrari id, qvod res eſt velim:*

*Qvicqvid hujus factum eſt, culpâ non factum eſt meâ.*

S. *Qvid?* P. *rectè ſanè interrogaſti: oportuit*

*Rem prænarraſſe me. Eun.* 5. 6.

*Here, ne me ſpectes: me impulſore hæc non facit.*

S. *Omitte de te dicere. Ego te, furcifer,*

*Si vivo. Sed iſtuc, qvicqvid eſt, primùm expedi:*

*Eun.* 5. 6.

## Inertia: Iners.

*Qvid nunc? qvâ ſpe aut conſilio huc imus? qvid cœptas Thraſo!*

Th. *Egóne? Vt Thaidi me dedam; & faciam qvod jubeat.* Gn. *qvid eſt?* Windelwäſcher.

Th. *Qvi minus, qvàm Hercules ſervivit Omphále?* Gn. *exemplum placet.*

*Utinam tibi commitigari videam ſandalio caput. Eun.* 5. 8.

*Mitio eſt futilis, ſomnium. Ad. 3. 4.*

a pro nullius. Archaiſmus. *Confiteor, jure obtigiſſe: qvandoqvidem tàm iners, tàm [a] nulli conſilii ſum.*

Narren mit Kolben lauſen. *Ergo precium ob ſtultitiam fero. And. 3. 5.*

## Vituperatio. Vicium. Flagicium.

*Hæcciné ſlagicia facere te? hæc te admittere,*
*Indigna genere noſtro? Ad. 3. 4.*
*Non tu hoc argentum perdis; ſed vitam tuam.*
*Adel. 3. 4.*
*Major filius tuus Aeſchinus, neq; boni,*
*Neq; liberalis functus officium eſt viri.*
*Filiam ſimili virginem viciavit. Adel. 3. 5.*

## Nobilitas generis & virtutis.

*Hæcciné ſlagicia facere te? hæc te admittere.*
*Indigna genere noſtro? Ad. 3. 4.*
*Salvos ſit: ſpero. Eſt ſimilis majorum ſuorum.*
*Adel. 3. 4.*
Adel ſol adelich handeln. *Ex illâne familiâ tàm illiberale facinus eſſ ortum!*
*Adel. 3. 5.*

## Vicinitas. Vicini.

*Qvanqvam hæc inter nos nuper noticia admodum eſt,*
*Inde adeò, qvòd agrum in proximo hîc mercat es;*
*Nec rei ferè ſanè amplius qvicqvam fuit:*
*Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas;*
*Qvod ego in propinqva parte amicitiæ puto;*
*Facit, ut te audacter moneã & familiariter. Hea. 1. 1.*

Mit Nachbarn ſol man Häuſer heben

Cala-

## Calamitas, Miſeria, Ærumna, Infelicitas: Infortunium.

*Qvid hoc (malum) infelicitatis? neqveo ſatis decernere;*
*Niſi me, credo, huic eſſe natum rei, ferundis miſeriis.*
*Primus ſentio mala noſtra: primus reſciſco omnia:*
*Primus porrò obnuncio: ægrè ſolus, ſi qvid ſit, fero.*
*Adel. 4. 2.*

Wer wunderlich iſt/den jrret eine Fliege an der Wand.

*Omnes, qvibus res ſunt minus ſecundæ, magis ſunt, neſcio, qvomodo,*
*Suſpicioſi: ad contumeliam omnia accipiunt magis.* Armut/ wehe thut.
*Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi. Adel. 4. 3.*
*Nemini ego plura acerba eſſe credo homini unqvam oblata,*
*Qvàm mihi: heu me infelicem! hanccinè ego vitam parſi perdere!*
*Nam nos omnes, qvibus eſt alicundè aliqvis objectus labos;*
*Omne qvod eſt interea tempus, priuſqvam id reſcitum eſt, lucro eſt.*
*Par. Levia ſunt, qvæ tu pergravia eſſe in animum induxti tuum.*
*P. Qvid conſolare me? an qviſqvam uſqvam gentium eſt æqvè miſer? Hec. 3. 1.*

Ein jeder dencket/ ſein Vnglück ſey das gröſte.

## Auſcultatio. Attentio.

*Arrige aures, Pamphile. And. 5. 4.*

In accepto & optato nuncio. Wenn man gute Botſchafft bringt/ſo ſpitzt man die Ohren.

*Hoc ubi ego audivi; ad fores*
*Suſpenſo gradu placidè ire perrexi: acceßi: aſtiti:*
*Animam compreßi: aurem admovi: ita animum cœpi attendere,*
*Hoc modo ſermonem captans. Hic pulcerrimum*
*Facinus audivi. Sed me cenſen' potuiſſe omnia*
*Intelligere extra oſtium, intus quæ inter ſeſe ipſi egerint? Phor. 5. 6.*

*Hoc agite amabo. Eun. 1. 2.*

## Error humanus.

*Cenſen' hominem me eſſe? Erravi. Ad. 4. 2.*

## Arcanum: Occultum.

*Haud eſt opus prolato. Percontarier deſiſte. Hec. 1. 2.*
*Per deos atq; homines, meam eſſe hanc, cave reſciſcat qviſqvam. Phor. 5. 1.*

Leppiſch laß nicht ſchnappen.

*Non opus eſt dicto. Ph. tibi qvidem: at ſcito, huic opus eſt. Phor. 5. 9.*

Sittig in der Jugend Iſt eine feine Tugend.

## Modeſtia; contra jactantiam & venditationem ſui: itemq; audaciam.

*Sic vita erat; facilè omnes perferre ac pati;*
*Cum qvibus erat; cumq; unà his ſeſe dedere.*

Eorum

*Eorum obſeqvi ſtudiis; adverſus nemini:*
*Nunqvam præponens ſe illis: ita ut facilimè*
*Sine invidiâ invenias laudem, & amicos pareis.*
*So.Sapienter vitam inſtituit. Namq; hoc tempore*
Obſeqvium amicos, veritas odium parit. *And. 1. 1.*
*Ego in hac re nihil reperio, qvamobrem lauder tantopere, Hegio:*
*Meum officium facio: qvod peccatum à nobis eſt, corrigo*
*Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qvi ita putant;*
*Sibi fieri iniuriam, ultrò ſi, qvam fecere ipſi, expoſtules.*
*Et ultrò accuſant. Id qvia non eſt à me factum; agis gratias. Adel. 4. 3.*
*Adoleſcens, primùm abs te hoc bonâ veniâ expeto:*
*Si tibi placere potis eſt; mihi ut reſpondeas. Phor. 2. 3.*

## Garrulitas mulierum & ſervorum.

*Verbum unum cave de nuptiis: ne ad morbum hoc etiam. And. 1. 5.* Sey trew vnd verſchwiegen/ Was nicht dein iſt/laß ligen.
*Ne qvid de fratre garrulæ dicerem: ac fieret palàm. Adel. 4. 4.*
*Haud eſt opus prolato: percontarier*
*Deſiſte.* Ph. *nempe eâ de cauſſâ, ut ne id fiat palàm.*
*Ita me Deus amet, haud propterea te rogo,*
*Ut hoc proferam: ſed ut tacita mecum gaudeam.*
Pa. *Nunqvam tam dices commodè, ut tergum meum*
*Tuam in fidem committam.* Ph. *ah, noli Parmeno:*

*Qvaſi tu non multò malis narrare hoc mihi,*
*Qvam ego, qvæ percontor, ſcire.* Pa. *Vera hæc prædicat:*
*Et illud mihi vicium eſt maxumum. Si mihi fidem*
*Das, te tacituram; dicam.* Ph. *Id ingenium redis.*
*Fidem do, loqvere.* Pa. *auſculta.* Ph. *iſtic ſum.*
*Hec.* 1. 2.

*At iſtos invidos dij perdant, qvi hæc libenter nunciant, Hec.* 3. 5.

*Tacebit, dum intercedit familiaritas.*
*Sin' ſpreverit me: plus qvam opus eſt ſcito, ſciet.*
*Phor.* 4. 1.

*Iſthoc de nomine*
*Eò perperàm olim dixi; ne vos fortè imprudentes foris*
*Effutiretis: atq; id porrò aliqvà uxor mea reſciſceret. Phor.* 5. 1.

*Per deos atq; homines, meam eſſe hanc, cave, reſciſcat qviſqvam.*
So. *Nemo ex me ſcibit. Phor:* 5. 1.

## Nuptiæ:

*Repudiatus repetor: Qvamobrem? niſi ſi id eſt, qvod ſuſpicor:*
*Aliqvid monſtri alunt. Ea. qvoniam nemini obtrudi poteſt, itur ad me. And.* 1. 5.
*Præteriens modò mihi apud forum: uxor tibi ducenda eſt hodie, inqvit, para:*
*Abi domum: Id mihi viſus eſt dicere: abi citò & ſuſpende te. And.* 1. 5.

*Ex ipsâ re mihi incidit ſuſpicio:*
*Paululum obſonij: ipſus triſtis: de improviſo nuptiæ?*
C. *Non cohærent.* D. *ſolitudo ante oſtium.*
*Introire neminem video: exire neminem: matronam nullam in ædibus.*
*Nihil ornati; nihil tumulti: acceßi, intrò aſpexi.* Magre Hochzeit.
*Num videntur convenire hæc nuptiis?*
P. *Non opinor.* D. *Opinor, narras? non rectè accipis.*
*Certa res eſt. Etiam puerum inde abiens conveni Chremis,*
*Olera & piſciculos minutos ferre obulo in cœnam ſeni.*
C. *Liberatus ſum hodie. And. 2. 2.*
*Eſt, quod ſuccenſet tibi* (filius) Zu Ehren ſol man nicht kargen.
*Ait, nimium parcè facere ſumtum:*
*Vix drachmis obſonatus eſt decem.*
*Num filio videtur uxorem dare?*
*Qvem vocabo ad cœnam meorum ſodalium And. 2. 5.*
M. *Abi domum, ac deos comprecare, ut uxorem acceſſas: abi. Adel. 4. 5.* Ehe ſol mit Gebet angefangen werden.
*Ita uti decet, hilarem ac lubentem fac te in nati nuptiis. Adel. 4 7.*
*Da te hodie mihi; exporge frontem. Ita tempus fert.*
*Faciundum eſt. Hodie modò hilarem te face.* Wenn Hochzeit iſt/ſo iſt Hochzeit. *Ad. 5. 3.*
*Occidunt me. qvidem, dum nimis ſanctas nuptias*
*Student facere: in apparando conſumunt diem. Adel. 5. 7.* Jugend iſt thumb.
*Cur non domum uxorem accerſis?* Ae. *Cupio.*

*Verùm hoc mihi mora eſt: tibicina & hymenæum qui canat,*

Pompa nuptialis. De. *Miſſa hæc face: hymenæum, turbam, lampadas tibicinas. Ad. 5.7.*

Alte Ehe-tröpel. *Ego novus maritus, anno demum qvinto & ſexageſimo*

*Fiam? atq; anum decrepitam ducam? Ad. 5.8.*

*Qva ratione inopem potiùs ducebat domum? Phor. 2.1.*

*Mihi veniebat in mentem, eius incommodum:* (puellæ)

Arm und Reich / geht ſeltẽ gleich. *In ſervitutem pauperem ad ditem dari. Phor. 4. 3.*

*Ducenda eſt uxor; ut ais: concedo tibi.*

Ms nuptiarum ſolennis. *Spacium qvidem tandem apparandi nuptias,*

*Vocandi, ſacrificandi, dabitur paululum. Phor. 4.4.*

## Patrimonium: Hæreditas.

*Conſerva; qvære; fac, qvàm plurimum*

*Illis relinqvas: gloriam tu iſtam obtine.*

a pro meis: Archaiſmus. *[a] Mea, qvæ præter ſpem evenere, utantur ſine;*

*De ſumma nihil decedet: qvod hinc acceſſerit,*

*Id de lucro putato eſſe. Ad. 5.3.*

## Cacozelia: Diſſimilitudo.

Non exemplis, ſed legibus. *Duo cùm idem faciunt, ſæpè poſſis dicere;*

*Hoc licet impunè facere huic; illi non licet;*

*Non qvòd diſſimilis res ſit; ſed qvòd is, qvi facit. Adel. 5. 3.*

Duo cùm idem faciunt, non eſt idem. Es leſt ſich nicht alles nachthun.

*Haud convenit, unà ire cum amicâ imperatorem in viâ. Eun. 3. 2.*
*Hem vir viro qvid præſtet? Phor. 5.3.*

Einer nehret/der ander zehret. — Ein Nehrer und ein Zehrer.

## Tempori ſervire.

*Date hodie mihi; exporge frontem. Scilicet ita tempus fert. Adel 5. 3.*
*Cui rei eſt, ei rei hunc ſumamus diem. Ad. 5. 3.*

Man muß der zeit jhr recht thun.

*Nunqvam ita qvicqvam benè ſubductâ ratione ad vitam fuit,*
*Qvin res, ætas, uſus, ſemper aliqvid apportet novi;* — Tempus ſapientiſsimum. Zeit lehret alles.
*Aliqvid moneat, ut illa, qvæ te ſcire credas, neſcias;*
*Et qvæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.*
*Qvod mihi nunc evenit: Nam ego vitam duram, qvam vixi uſq; adhuc,*
*Propè jam excurſo ſpacio, mitto. Id qvamobrem re ipſâ repperi. Ad. 5.4.*

## Inimicitia: Odium: Simultas.

*Cum puella anum ſuſcepiſſe inimicitias, non pudet? Hec. 2. 1.*
*Eo pacto maxumè apud te meo erit ingenio fides,*
*Cùm illa, qvæ nunc in me iniqva eſt, æqva de me dixerit, Hec. 3. 5.*

Feindes Mund/Redet nicht Grund.

*Ni virum optimum eum exiſtimaſſem, nunqvam tàm graveis*

Ob hunc

*Ob hunc inimicitias caperem in noſtram familiam.* Phor. 2. 3.

## Reditus in gratiam: Reconciliatio.

Die Gramen / die ſich namen.

*Amantium iræ, amoris integratio eſt.* And. 3. 3.
*Jamdudum res reduxit me ipſa in gratiam.* And. 5. 4

Beſſer freundlich / denn feindlich.

## Navigatio.

Servilis qverela.

*Non hercle verbũ dici poteſt*
*Tantum, qvantum re ipsâ navigare incommodũ eſt.*
Par. *Itáne eſt?* Soſ. *ô fortunate, neſcis, qvid mali*
*Præterieris, qvi nunqvam es ingreſſus mare.*
*Nam alias ut omittam miſerias, unam hanc vide:*

Qui neſcit orare, intret mare.

*Dies triginta, aut plus eo, in navi fui;*
*Cùm interea ſemper mortem expectabam miſer.*
*Ita usq; adversâ tempeſtate uſi ſumus.*

Servorum remedium fuga.

Par. *Odioſum.* Soſ. *haud clam me eſt, Deniq; hercle aufugerim*
*Potius, qvàm redeam, ſi eò mihi redeundum ſciam.* Hec. 3. 4.

## Divitiæ ſuperbæ. Opes.

*Qvia paululum vobis acceſſit pecuniæ,*
*Sublati animi adſunt.* Hec. 3. 5. Gut macht Mut.

Die Lauß im Grinde macht ſich pettig.

## Juramentum: Jusjurandum.

*Qvamobrem id tute non facis?*

D. Qvia, ſi fortè opus ſit ad berum jurandum mihi,
Non appoſuiſſe: ut liqvidò poßim. And. 4. 3. Finis controverſiæ juramentum.
Aliud ſi ſcirem, qvi firmare meam apud vos poſſem fidem,
Sanctius, qvam jusjurandum: id pollicerer tibi.
La. Eas ad mulieres huc intro, atq; iſtuc jusjurandum idem
Polliceare illis: teq; hoc crimine expedi. Hec. 5. 1.

## Nutrices: Obſtetrices.

Bierhäuſen.

Sanè pol illa temulenta eſt mulier & temeraria:
Nec ſatis digna, cui committas primo partu mulierem.
Importunitatem ſpectate aniculæ: qvia compotrix eius eſt. And. 1. 4.
Nihil apud me deſieri patiar (nutrix) qvin qvod opus ſit,
Benignè præbeatur.
Sed cùm tu ſatura atq; ebria eris: puer ut ſatur ſit, facito. Hec. 5. 2.

## Creditum: Debitum: Mutuum: Mutuatio:

Tu tuum officium facies, atq; huic aliqvid paululum præ manu
Dederis, unde utatur: reddet tibi citò. S. reddam bettle. Adel. 5. 9
Præſertim ut nunc ſunt mores, adeò res redit, Mit leihen machet man jhm feinde.
Si qvid qvis reddit, magna habenda eſt gratia. Phor. 1. 2.

*Abi, ſis inſciens: cuius tu fidem in pecuniâ perſpexeris*
*Verere, verba ei credere? Phor. 1.2.*

Borgen? woher?
*Sumeres argentum alicundè.* G. *alicundè? nihil eſt dictu facilius.*
D. *Poſtremò, ſi nullo alio pacto: fœnore.*
G. *Hui, dixti pulcrè. Siqvidem qviſqvam crederet te vivo. Phor. 2.1.*

Kindern ſol man nicht Gelt leihen.

*Qvid? ſi animam debet? Phor. 4.3.* Er ſtickt in Schulden biß vber die Ohren.

*Tranſi ſodes ad forum: atq; illud mihi argentum jube rurſum reſcribi.*
Ph. *Qvod ne ego perſcripſi porrò illis, qvibus debui? Phor. 5.8.*

Das Gelt iſt vber alle Berge.

## Pollicitatio: Promiſſio: Fides.

*Senem per epiſtolas pellexit; modò non monteis auri pollicens. Phor. 1.2.*

Ein Man ein Man / ein Wort ein Wort.
*Iſthæc res mihi ſolicitudini eſt:*
*Neq; defetiſcar uſq; adeò experirier,*
*Donec tibi id, qvod pollicitus ſum, effecero. Phor. 4.1.*

*Qvid ad me ibatis? ridiculum: an veremini,*
*Ne non id facerem, qvod recepiſſem ſemel?*

Arm und redlich.
*Heus, qvanta qvanta hæc mea paupertas eſt; tamen*
*Adhuc curavi unum hoc qvidem, ut mihei eſſet fides. Phor. 5.8.*

## Avaritia : Tenacitas.

D.[a] *Qvod hic ſiet* (à ſervo ad herum) *dicendum;* ἀπαῤῥησία ſervilis.
*Tu quoq; perparcè nimium; non laudo. And. 2. 5.*
*Cui tanta erat res, & ſupererat!* G.
*Deſinas. Sic eſt ingenium. Phor. 1. 2.*

Quò plus ſunt potæ, plus ſitiuntur aqvæ.

Je reicher / je kärger / Reicher nimmer ſat.

*Sumeret argentum alicundè.* G. *Hui, dixti pulcrè: ſiqvidem qviſqvam crederet, te vivo. Ph. 2. 1.* Einem Filtze iſt nicht gut leihen.
*Meâ lege utar, ut potior ſit, qvi prior ad dandum eſt. Phor. 3. 2.*

Wer eher kömpt / der mählet eher.

*Puellæ frater aliqvantum ad rem eſt avidior:*
*Is ubi hanc forma videt honeſtâ virginem,*
*Et fidibus ſcire: precium ſperans; illicò*
*Producit, vendit. Eun. 1. 2.*

Dem Gelde ſtellet jederman nach.

## Judicium : Judices.

*Si vim faciet, in jus ducito hominem.* Vor die rote Thür.
*Fac animo hec præſenti dicas. Eun. 4. 6.*
*Ego te cognatum dicam, & tibi ſcribam dicam.*
*Ad judices veniemus: omnia confingam; qvod mihi erit bonum atq; commodum.* Richter werden auch betrogen.
*Cùm tu horum nihil refelles; vincam ſcilicet.*
*Mihi paratæ lites: qvid mea? Phor. 1. 2.* Wagehalſs.
*Cedò dum: en unqvam injuriarum audiſti mihi ſcriptam dicam?*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-796021-p0179-1

Wo nichts iſt / da nimmet man nichts.

Qvia non rete accipitri tenditur, neq; milvio.
Qvi malè faciunt nobis: illis, qvi nihil faciunt, tenditur. (Phor. 2.2.
Qvia enim in illis fructus eſt; in illis opera luditur.
Noſtráne culpa eſt, an judicum?

προσωποληψία

Qvi ſæpè propter invidiam adimunt diviti.
Aut propter miſericordiam addũt pauperi. Phor. 2.1

Unrecht recht.

An qviſqvam judex eſt, qvi poſſit noſcere
Tua juſta; ubi tute verbum non reſpondeas?

Fromb Schaf.

Ita ut ille fecit. Ph. functus adoleſcentuli eſt
Officium liberalis: poſtqvam ad judices
Ventum eſt: non potuit cogitata proloqvi.
Ita eum tum timidum ibi obſtupefecit pudor.
Phor. 2.1.

At tu, qvi ſapiens es, magiſtratus adi:

Ironia. Man muß dir ein eigens machen.

Judicium de eadem cauſa iterum ut reddant tibi:
Qvandoqvidem ſolus regnas: & ſoli licet
Hic dè eadem cauſâ bis judicium adipiſcier. Ph. 2. 3.
Ohe, actum, ajunt, ne agas. Phor. 2. 3.
Sexcentas potius ſcribito jam mihi dicas.
Nihil do: impuratus me ille ut etiam irrideat!
Phor. 4. 3.
In jus eamus. Ph. in jus? huc, ſi qvid lubet. Ch. lege agito ergo. Phor. 2. 2.

## Principium grave.

Senex adeſt: vide qvid agas. Prima coitio eſt acerrima. Seuberlich im Anfange.

Ein Anfänger iſt Ehren werth.

Si eam ſuſtinueris: poſt illa jam, ut lubet, ludas licet. Phor. 2.2.

Benè

*Benè habent tibi principia. Phor. 2.3.*
*Sic habent principia ſeſe: adhuc tranqvilla res eſt. Phorm. 3. 1.*

## Juris abuſus: Rabulæ forenſes. Advocati.

*Bonorum extortor; legum contortor. Ph. 2.3.*
*Feciſtis probè. Incertior ſum multò, qvàm dudum. Phor. 2.4.*
*His nunc præmium eſt, qvi recta prava faciunt. Phor. 5.2.*

Böſe Juriſten nemens Gelt/vnd laſſen den Bawren die Beutel.

*Vos me indotatis modò patrocinari fortaſſe arbitramini.*
*Etiam dotatis ſoleo. Phor. 5.8.*
*Verum illud dicunt:* Jus ſummum ſæpè ſumma malicia eſt. *Heaut 4.5.*

Enge Recht iſt weit Vnrecht.
Allzuſtreng zureiſt.

## Judicia hominum varia.

*Qvot homines, tot ſententiæ: ſuus cuiq; mos eſt. Phor. 2.4.*

So viel Köpffe/ ſo viel Hüte.

## Dolor: Moleſtia: Moleſtum.

*Cur me enecas? And. 4. 1.*
*Ah, ne me obtundas de hac re ſæpiùs. Ad. 1.2.*
*At enim tædet jam audire eadem millies. Phor. 3, 2.*

*Mirabar, ſi tu mihi qviſqvam afferres novi. Ph. 3. 2.*

Alletzeit eine Geige. *Cantilenam eandem canit. Phor. 3. 2.*

*Vin' hodie facere, qvod ego gaudeam?*

*Et qvod tuo viro oculi doleant?*

*Me ad cœnam voca. Phor. 5. 9.*

## Miſericordia: Immiſericordia.

*Adeóne ingenio eſſe duro te, atq; inexorabili;*

*Ut neq; miſericordiâ, neq; prec[ibus] molliri queas! Phor. 3. 2.*

## Dubium: Incertum.

*Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc illuc impellitur. And. 1. 5.*

*Mihin' domi eſt? imò, qvod ajunt, auribus teneo lupum.*

*Nam neq; qvò amittam à me, invenio: neq; uti retineam, ſcio. Phor. 3. 2.*

*Obſtupue: cenſen' ullum me verbũ potuiſſe proloqvi?*

*Aut ullam cauſam, ineptam ſaltem, falſam, iniqvã? obmutui.*

*Sed nunc qvid primùm exeqvar?*

*Tot me impediunt curæ, qvæ meum animum divorsè trahunt. And. 1. 5.*

## Perſvaſio.

*Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc illuc impellitur. Andr. 1 5.*

## Ludere: Illudere: Irridere.

*Ubivis*

*Ubivis faciliùs paſſus ſim, qvàm in hac re, me deludier.*
D. *Bona verba qvæſo*, S. *irrides? Nihil me fallis.* *An. 1. 2.*
*Ita'ne lepidum tibi viſum eſt, ſcelus, nos irridere?* Py. *nimium.*
Par. *Siqvidem iſtuc impunè habueris*, Py. *verùm.* Par. *reddam herclè.* Py. *Credo*
*Sed in diem iſtuc, Parmeno, eſt fortaſſe, qvod minitare:*
*Tu jam pendebis. Hic pro illo munere tibi honos eſt habitus. Eun. 5. 7.*

Vergünne mir noch einen Tag zu leben/ wenn man dich hinführet.

*Etiam nunc credis, indignis nos eſſe irriſas modis?* *Eun. 4. 4.*
*Tu me hic etiam, nebulo, ludificabere? Eun. 4. 4.*
*Satin' ſuperbè illuditis me.*
*Non eſt æqvom, me propter vos decipi.*
*Qvid vos (malum) me ſic ludificamini.*
*Inepti, veſtrâ puerili ſententiâ?*
*Nolo, volo: volo, nolo rurſum: cedò, cape.*
*Qvod dictum, indictum eſt: qvod modò erat ratum, irritum eſt. Phor. 5. 8.*

Mirum: Ineptum: Abſurdum: Incredibile: Monſtroſum: Ridiculum.

*Qvot modis contemtus, ſpretus? facta transacta omnia: hem,*

*Repudiatus repetor: qvamobrem? niſi ſi id eſt, qvod ſuſpicor.*

*Aliqvid monſtri alunt. Andr. 1. 5.*

*Ridiculum caput. Qvaſi neceſſe ſit, ſi huic non dat: te illam uxorem ducere!*

*Niſi vides; niſi ſenis amicos oras; ambis. And. 2. 2.*

*Monſtrum hominis, non dicturus? In Eunuchum. Eun. 4. 4.*

*Ehò, non'ne hoc monſtri ſimile eſt? Eun. 2. 3.*

*Qvo pacto, aut unde hæc hic reſcivit?* D. *neſcio.*

*Niſi me dixiſſe id nemini, id ſcio.*

Ch. *Monſtri, ita me dij ment, ſimile. Phor. 5. 8.*

## Pertinacia.

*Hiccine ut à nobis hoc tantum argenti auferat, Tàm apertè irridens. Emori hercle ſatius eſt. Phor. 5. 8.*

*Ego'ne mea bona ut dem Bacchidi dono? ſciens Non faciam.* M. *at it nos non ſinemus.* Clit. *Si me vivum vis, pater;*

*Ignoſce.* M. *Age qvæſo: ne tam obfirma te, Chremes.*

Ch. *Qvid iſtuc? video, non licere, ut cœperam, hoc pertendere.*

M. *Facis, ut decet.* Ch. *eá lege hoc adeò faciam: ſi id faciat* (filius)

*Qvod ego hunc æqvum cenſeo. Heaut. 5. 5.*

## Mors, remedium.

*In diebus paucis Chryſis moritur.*

*O factum bene. Beaſti. Metui à Chryſide. And. 1. 1.*

*Matrem*

*Matrem ex ægritudine miſeram mors conſecuta eſt.*
*Phor.5.1.*

*Ego redigam vos in gratiam, hoc fretus,*
*Cùm e medio exceßit, unde hæc ſuſcepta eſt tibi.*
*Phor. 5.8.*

*Ea mortem obiit : è vitâ abiit : Qui fuit in hac re*
*ſcrupulus Phor.5.9.*

## Invidia : Livor.

*Invidere omnes mihi : mordere clanculum :*
*Ego non floccipendere.*

*Illi invidere miſerè. Eun. 3. 1.*

Je mehr Neider/je mehr Glück.

## FINIS.

# INDEX SENTENTIARUM, in Titulis.

A.

Abjectio animi cõtemta 75. 80.
Abominatio 133
Abſurdum 163
Accuſatio 72
Adoleſcentia 15
Adoleſcentiæ olim ſtudia 16
Advena 67
Adoleſcentiæ diſciplina gravis & moleſta 15
Adulatores 76
Advocati 161
Ægritudo 94
Æqualitas, les 91
Æquitas vel iniquitas cenſuræ ibid.
Ærumna 149
Ætas & ætatum genera 14
Amantium amentia 48
Amicitia 19
Amicitia vera & perfecta 20
Amicitia diſpar & ingrata 26
Amici ſperfidi 24
Amor ſui 52
Amor ſtultus imparis & averſi amici 26
Amoris amentia 48
Ancillæ 7
Animadverſio pœnæ 67
Antiqua tempora 75
Arcanum 150
Arrogantia 77
Aſſentatores 76
Aſtutia: aſtus 120
Attentio 150
Avaritia 159
Audacia 105
Auſcultatio 150
Αὐτάρκεια præſentis fortunæ 50. 103

B.

Bellum 95
Benefactum 13
Beneficentia ibid.
Beneficium ibid.

Bene-

Benevolentia ibid.
Bona externa fortunæ 98.

C.

Cacozelia 154
Calamitas 149
Calliditas 120
Calumnia 2.3
Calumniatores 2.3
Candor 26
Clementia 139
Coactio 64
Commodum 123
Comminatio 69
Confeſsio 137
Confidentia 105
Conjectura 126
Conjugium: Conjugum officia & mores 52
Conjugii bona, & mala 102.52
Conſiliũ,cõſulere 51
Conſcientiæ vis in utrumque 123
Conſtantia 107
Conſuetudo temporis 145
Conſuetudinis violentia ibid.
Conſuetudo facit habitum 97
Correctio vitæ 126
Corruptela juventutis 29
Contumaciæ liberorum pœna 45
Contumelia 3
Convicium: Conviciatores 2.3.
Creditum: Debitum 157
Crimen: Recriminatio 3
Cunctatio 97
Curioſitas. 93.

D.

Damnum 123
Debitum 157
Deceptio 57
Defenſio 72
Deliberatio 51
Deprecatio,cator 132
Deſidia 83.29.
Deſperatum, tio 143
Deſperata malicia 34
Detrimentum 123

Deus: Dij 70
Deorum invocatio Ibid.
Difficultas 219
Diffidentia 112
Dilatio 97
Diligentia 94
Dimidium plus toto 141.
Diſciplina adoleſcētiæ gravis & moleſta 15
Diſciplinæ licentia 16
Diſsimilitudo 154
Diſsimulatio, tores 60
Divitiæ ſuperbæ 156
Dolor 161
Dolus 57
Donum, Donatio 133
Donum prodigum 73
Dubium 162.

E.

Ebrietas 80
Educationis liberorum difficultas 36
Emendatio vitæ 126
Ephebia: Ephebi 15
Error humanus 150
Eventus bonus ex re malâ 65
Event⁹ conſiliorum & actionum in manu non eſt noſtra ibid.
Eventus fortuitus ſubitus 89
Excuſatio 137
Excuſatio anteaccuſationem 147
Exempla moralia virtutum & præmiorum; virtutum & vitiorum 99
Exemplo ſapere, ibidem.
Exhæredatio 133
Experientia: Experiri 107
Expoſtulatio 26
Exprobratio ibid.
Extrema nimia, in utramq; partem 124.

Fal-

F.

Fællacia 57
Fama, mala potiùs, quàm bona 71
Familia: Famuli 7
Famulitium ibid.
Facilitas 119
Fides 158
Flagicium 148
Forma 49
Fortuna ſecunda, adverſa 89
Fraus 57.

G.

Garrulitas 151
Gaudium immodicum 87.
Gloriæ inanis venditator 77
Glorioſus ibid.
Gratitudo 134.

H.

Hæreditas 154
Homo 93
Hominis miſeria communis ibid.
Hoſpes 67
Humilitas 80

I.

Jactantia 77
Ignoſcentia 116
Illudere, luſio 163
Ignavia 29.83
Imitatio poetica 5
Imitatio virtutum & vitiorum 99
Immiſericordia 162
Imperitia 67
Impoſtura 57
Imprudentia 82
Incredulitas 112
Incredibile 163
Incertum 162
Indulgentia patrum 30.
Induſtria 94
Indicium 136
Inertia: Iners 147
Infelicitas 149
Infidelitas 24
Infortunium 139
Ingenium 103
Inimicitia 155

Injuria, Injuſticia 67
Iniquitas ibid.
Inobœdientia liberorum 45
Interceſsio 132
Invidia 165
Iocus: Iocari 109
Ira: Iracundia 130
Irridere, Irriſio, Illuſio 163
Judicium, Judices 159
Judicia hominum varia 161
Juris abuſus ibid.
Jurgium 26
Juramentum: Jusjurandum 156
Juris conceſsio 139
Ius & injuria, juſtum & injuſtum: ex circūſtantiâ perſonarum 127
Iuventus, ta 15.

L.

Labor, Laſciviæ remedium 28
Lætitia exultans juveniliter 87
Largitio, Largitas 73
Laſciviæ remedium 28
Laus, Laudatio 142
Lenonia 137
Liberorum educatio 36
Libertas: Liberti 6
Liberalitas 73
Licentia diſciplinæ 16
Litigatio 26
Livor 165
Lucrum 123
Ludere hominem 163.

M.

Maledicentia 34
Malicia deſperata 35
Malum minus pro majore 141
Manſuetudo præ jure 139
Maternæ ſtorgæ 118
Mediocritas 19

Memo-

Memoria grati animi 134
Mentiri, Mendacia 109
Meritum 134
Meretrices 65
Metus inanis, vanus 120
Militia 95
Minæ 69
Miniſtri 7
Minus præ majore malum 141
Mirum 163
Miſeria 149
Miſericordia 162
Modeſtia, contra arrogantiam 150
Moderatio, mod⁹ 19
Mœror 94
Moleſtia 161
Mollicies animi 75
Momi 2
Monſtroſum 163
Mores antiqui 75
Mores ſæculi 145
Mores boni & mali 103
Mors, remedium 164
Mulierum ingenia & mores 84
Munus malè perditum 73
Munus, Munerari 134
Mutatio temporum & rerum 47
Mutuatio, Mutuum 157.

N.

Navigatio 156
Neceſsitas 119
Nimia, in utramque partem 124
Nobilitas, id eſt, generis & virtutis 148
Nova, Novitas 73
Nova & hodierna flagicia 75
Nuptiæ 152
Nutrices 157.

O.

Obœdientia liberorum in parentes 43
Obſequium 16

Obſcu-

Obſcuritas, rum 86
Obſtetrices 157
Obtrectatio, tores 2
Occultum 150
Ocium 29.111
Occaſio 100
Odium 155
Omen 125
Opes ſuperbæ 156
Oportunitas 100
Oratio index animi 102
Ornatus puellaris 110.

P.

Paraſiti 76
Patientia 50
Parentum ſeveritas 36
Paternæ educationis facilitas atqve lenitas 30.
Paterna pietas in liberos & Philoſtorgia 34
Patrisfamiliâs officia 92
Patrimonium 154
Patroni 72
Paupertas, ries 95.
Peregrinus 67
Perfidia, Perfidi amici 24
Periculum 104
Periclitari 107
Perplexitas 86.
Perſuaſio 162
Pertinacia 164
Pietas in parentes 43
Philavtia 52
Philoſtorgia parentum 34. 118
Poëtica 1
Poëtæ finis, non avaritia, ſed publicum commodum 1.
Pœnitentia facti 126
Pœna 67
Pollicitatio: Promiſſio 158
Polypragmoſyne 93
Pravitas ſodalitii 29
Præſagium 125
Principiũ gravo 160
Preces ad Deum 70
Procraſtinatio 97
Prodigalitas: Prodigu

digus 73
Proditio: Proditor 136
Prolatio: Productio 97
Prudentia 80
Pubertas 15
Pudor: Verecundia 69.
Puellarum virtutes 100.
Puellaris ornatus 110
Puerilis ætas 14
Pueritia ibid.
Purgatio: excuſatio 137.

Q.

Quæſtus 124.

R.

Rabulæ forenſes 161
Reconciliatio, Reditus in gratiam 156
Refutatio criminis 3
Remuneratio 134
Reticentia arcani, 78
Reſponſum perplexum, apertum 86
Rubor: Verecundia 69
Rumor: fama 71

S.

Sapientia 80
Sapientiæ perſuaſio 129
Sæculi mores 16
Scioli 2. 129
Scortatio 136
Scurra: ſcurrilitas 76
Securitas 111
Sedulitas in officio, contra Ignaviam & Polypragmoſynen 94
Senectus 17
Seria 60
Sermo index animi 102
Servi, Servitus, tium 7, 8, 9
Silentium 78
Similis ſimili 107
Similis ſui ibid.
Similium amicitia ibid.
Simplicitas 26
Simultatores, tio 60
Simultas 155
Socii, Sodales 29

Socordia 83
Solicitudo 94
Somnia 71
Spacium temporis 97
Spes: Spei fruſtratio 119
Spes inanis & vana 120
Storgæ 118
Stultitia: ſtultus, ſtolidus 113
Stultus malo ſapit ibid.
Sumtus, ſumtuoſus 122
Superſtitio 137
Suſpicio 112
Sycophantæ 2. 76.

T.

Taciturnitas 78
Talio, in Obtrectatores 70
Techna 57
Temeritas 82
Tempori ſervire 155
Tempus potentiſsimum 119
Tempus tempeſtivum 100
Tenacitas 159
Thraſones 77
Timor è malâ conſcientiâ 123
Tolerantia 50
Tutum 111.

V

Vanitas 120
Varia hominum judicia 161
Veritas 27
Verecundia 80
Veteratoria: Veterator 120
Vetus, novum 73
Vetuſtas ibid.
Vindicta 82
Vicinitas, Vicini 148
Viciſsitudo rerū 47
Violentia 64
Virtus æſtimanda circumſtantiis, perſonarum, locorum, temporum 127
Virtutum extrema viciosa. 124

Vis contra Ius 139
Vita humana 115
Vitæ genera ibid.
Vituperatio 148
Vitium ibid.
Votum; Votivum 70
Ultio 82.
Z.
Zoili. 2.



LIPSIÆ,

*Impenſis Henningi Groſii junioris Hæred.*

M. DC. XXV.

AB: 29340

ULB Halle 3
003 075 524

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-796021-p0197-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-796021-p0198-8

# Martini Haineccii
# VCTVS TE-
# RENTIANI,

, Sententiæ Ethicæ, Politicæ, Oeconomicæ, Phyſicæ quoq; & Hiſtoricæ,

m Adagiis & Proverbiis Comicis,

E

corpore ſuperſtitum ſex Comœdiarum P. Terentij Afri.

ratiam ſtudioſæ juventutis teneræ fide & cura ſedula collectæ.

6  2 5.

LIPSIÆ,

ptibus Hered. Henningi Groſsij Jun.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-796021-p0199-6